

CELEBR. RIMO

HEROI GVILIELMO BAVARIAE

DVCI ILLVSTRISSIMO

et **CAESARIS DEL**

PHINI PHISICI

PARMEN. MA

RIADOS

LIBRI TRES.

MATRIS VIRGINIS
MARIADOS
LIBER PRIMVS



Vis furor internis fibris bacchas
tur, & ingens
Ardor agit gravidum curis, pro
fugumq; per oras

Sarmatiae, & gelidi permixtum gentibus istri
Mens noua tuta nimis, forsanaq; audacior equo
Disiectas artes disiectaq; carmina quondam
Compellit grauiore tuba repetisse sub antris
Aonidum, & sacris phœbi recalescere flammis.
Quos mihi Calliope temeraria suggerit ausus,
Humano ut vecors cupiam de pectore dotes
Promere, quis magni Ioachim pia nata refulsat
In terris, nec non cymba tentare per amplum
Exigua ferri pelagus timuere carinae
Quod priscae ingentes solido de robore septe,
Sic me musa trahit, mortalis mentis habenas
Delphicus altus agit, sopitasq; excitat artes

MARIADOS

Irritatq; animos segnes dum certa merenti
 Explicitis manibus Guilielmus premia pandit,
 Dux magnus lata populos dititione coercens
 Bavarie ingentis, Regina potentior ulla
 Qua fuit haud caelo; nec erit quæ numine vertis
 Ista tuo, phœbumq; iubes spirare, prior q;
 Natis alma tuis agitas de rupe liquores
 Thespiadum, lustras sensus, viresq; ministras,
 Semine Apollineo pinguis confurgat arista
 Quod sterili gleba tua dextera iecit alendum,
 Crebraq; luxurient manantia gramina rore
 Quem tua lux oriens humenti nube resoluit,
 Carminis inculti nec dedignata canore
 Extolli, nodosa rudis dea vincula solue
 Eloquij, filibusq; habiles plectroq; lyræq;
 Redde manus, numeriq; modum concede canendo,
 Expediam duce te numerosa poemate paruo
 Gestas, quibus sese virtus tua prodidit orbi,
 Insignesq; canam mores, vitamq; peractam
 Dys superis per te similem mortalibus annis
 Diua tuis, summeq; datos tibi sedis honores,
 Vna Iouis magni dextræ qua celsior hæres
 Aeternum residens caelo Regina deorum.

LIBER PRIMVS

DE CAUSA ORTVS MA-
 tris Virginis in comparatione eius
 ad Homines.

A Edita qua magno Ioachim generosior vna
 Fœmina Ius Regni caeli sibi vindicat altâ
 Aedificata caput tanto diademate poscit
 Non sine profusis lachrimis miseranda referrî
 Causa prius, postq; generis natura parente
 Tabuit humani primo, vitamq; perennem
 Perdidit infecta radice, rebellis opusq;
 Pertulit infandum sensus ratione subacta,
 Aeternumq; bonum finisq; a lege vigorem
 Contractum nulla læsit, numerumq; virorum
 Finitum certo naturæ limite nunq;
 Omnia quæ motu assiduo corrupta reponit,
 Antiquûq; nouo reparat, spoliauit opimis
 Muneribus, capere vt poterat, quæ contulit illis
 Larga patris prima bonitas ab origine summi,
 Omnipotens casus tantos miseratus ab alto
 Iam veniam missurus erat per nubila caelo,
 Viderat at postq; tota virtute fruendum
 Esse sibi, nec opus solida pietate parandum

Natura humana i pri-
 mo parente perdidit
 æternâ iuuentutē et
 incidit in senū et mor-
 tem, et ulterius rōnis
 dñi sensuales appeti-
 tus cohibente spolia-
 ta est, cuius dñy. præ-
 sentia iustitiâ origina-
 lem, carentiâ uero pec-
 catum originale nunc
 cupant, et excito in ra-
 tionem sensu in malas
 et infandas inclinatio-
 nes prorupit.
 Delictiū Adæ malitiæ
 infinitæ fuisse perhibet-
 tur, quia in deo qui ē
 bonitatis infinitæ, et
 iugoris nulla lege fi-
 nis cōtracti directum
 fuit. Ad et negitiæ infinitæ
 fuisse existimamus,
 quia in oēs hoies q; nat-
 uraliter infiniti esse po-
 terāt transfusum fuit.
 Contulerat deus nat-
 uræ humane p. Ad a-
 tor bona quor ipsa in
 terminis proprijs et

MARIADOS

corporea conditione
perfrui poterat.

Deus peccatum Adæ
non dimisit quia mise-
ricordia absq; iustitia
vci, et signum diminue-
re perfectionis in seipso
preferre visus fuisset.
Actus misericordiæ
et iustitiæ Dei i vno
quoq; operum ipsius
aduenit virtutū om-
nium summam in eo
perfectionem esse de-
monstrant.

Per verbi diuini incar-
nationē misericordiæ
Dei uices suas peregit
per merita uero Chris-
ti iustitia eius exple-
ta est.

Infinitorum meritorū
Christū esse asserimus,
quia hęc esse personale a
sapientia Dei infinita
quæ et Dei filius dici-
tur, a causa enim vigo-
ris infiniti non nisi esse
Eius infinite efficacitæ
conspicitur.

Si Deus lapsum Adæ
preuiden, ipsum pre-
seruasset non habuisset
in eo locū iustitiæ eius
quæ debet hēre vices
suas in omni ope Dei
post bonitatem et ip-
sius misericordiam in
eis completam.

Si Deus non permisset
Adam Arbitrio suo

Iustitiæq; carens, simul at rectumq; piūq;
Exercenda fore, et passim seruanda per omnes
Ista suos actus (summum referentia signa,
Perfectumq; bonum) dixit certissimus vnus
Callis erit per quem pietatis viscera nostræ
Explebo, peragamq; vices per secula recti
Cuncta mei, nostris aberitq; iniuriā factis,
Virgineo de ventre viri sine semine natum
Suscipiam, nostri omniparens sapientia corpus
Illus atq; animam iunget deitate perenni,
Progeniesq; louis diuina vocabitur infans,
Grandibus hic hominum meritis delicta piabit
Infinita suis, sine fine merebitur vnus
Cui dabit esse patris proprium sapientia sine
Quæ caret immensi, sic iura tuebimur altæ
Iustitiæ, temerata petit quæ debita solui
Infinita sibi tantæ pro crimine culpæ,
Non tulit hæc etiam uirtus pietate potiri
Ante hominis casum mea numina cum bene celo
Lapsurum aspicerem, partes ne ferret inanes
Ipsa suas opere in nostro, nec in orbe maneret
Irrita cui dedimus generosa potentia flecti
Nutibus arbitry propriy, sic soluerat ora

LIBER PRIMVS

ferri natura corpo-
rea agens a delibera-
tione fuisset ab eo in-
casum in uniuersi spe-
cietum serie cōstituta.

Mundi opifex, terræ faciem mutauerat ætas
Quintaq; iam senior, finemq; effæta tenebat,
Et propior metæ cursus vrgebat hanellos
In cunis cum iam facies loachinidos almæ
Fulgeret, lungumq; pater genitrixq; dolorem
Lenirent alto conceptum pectore templis
Dum sterilis vitæ magnis indigna tulissent
Probra senes, ageretq; nouos domus inclita plausus
Sanctorum, et collis tumidi galileia tractu
Arua darent sonitum cytharis et cantibus, vna
Iamq; foret veris facies hyemisq; per orbem,
Quæq; deum atq; hominum pareret cœlestia natam
Sydera gauderent, et spiritus omnis in illis.

DE FORMA ET MORIBVS

Matris Virginis in primo

suo septenio.

Dic mihi musa deâ cœli quæ forma decebat
Qui mores, corpustq; datū sibi purius alta
Parte poli quam flexus obit galaxius ingens,
Illa vbi composita est pannis paruoq; cubili,
Oranti similis nitidos ad sydera vultus

Cœli ostendit dicitur
purius et nobilius in
parte ubi circulum la-
teum deprehēdimus

MARIADOS

quia ibi maxima multitudo siderum nobis incomprehensibilem figurat quæ ex radijs multiplicibus adinuisem refractis lucem illam ad instar lacteæ albedinis in loco fixationis producant.

Extulit, et fixos oculos immota tenebat
 Ad cœlum, lacrimisq; genas impleuit obortis
 Fundendo taciturna preces, velut abdita cordis
 Ante deum referat matura et serior ætas,
 Mente morata diu sic postq̄ lumina matrum
 Torsit ad astantem turbam, gravitate senili
 Nunc hanc nunc aliam spectans, et singula circum
 Lustrando, præfaga ferens indaginis alti
 Signa animi, Querulis nunq̄ vagitibus vsa,
 Sed veluti grauib; curis oppressa iaceret
 Sepe dabat paruis meditans suspiria fibris,
 Ut dauidis videre nurus et mater ouantes
 Obstupuere decus gestorum numen in illa
 Mirantes, nutrixq; deam tractare verendo
 Cœperat, et toto perterrita tempore nunq̄
 Viderat egrediens quidq̄ de ventre puellæ
 Incolumis, velut illa animo sic corpore præstans
 Vna fuit, cuius natura potentior omnem
 Digessisse cibum poterat grauiora terendo
 Quæq; simul leuibus, nec erat quod spissior vna
 Exercenda foret sibi pars, sed duobus omnes
 Vertebat, totoq; adolebant Virginis esu
 Membra, fuit quæ sola gradum tenuisse priorem

Vis nutritiua in Matre uirgine nullam uisibilem superstititatem à corpore ipsius purissimo excernebat.

Mater uirgo ultimam perfectionem complexio;

LIBER PRIMVS

vis humana præter oēs alios hies in præparatione corporis sui per sp̄m sanctum adeptæ est.

Virtus expulsua nõ exercetur p nutritiua nõ in corpore animati nõ in aëre sitatem partium cibi assumpti, cū cibis plerq; similiu partiu et parce sumatur uerò ob virtutis nutritiua impactione quæ totaliter effectum suu sibi ipsi assimilare nõ ualent animatibus ad inuenta est.

Corporeæ dotis, quæ post fera funera Primi
 Imperfecta hominis nobis accessit ab ortu
 Dicitur, et summis hæsisse sedilibus vna
 Nature pereuntis, homo quibus abfuit omnis
 Hactenus, et varios defectus sortis auaræ
 Luxit inops, quia non potitur c ompagine summa
 Corporis vllus adhuc, nec contigit vltima nostræ
 Culmina nature, quibus hæc pulcherrima virgo
 Obrepfit, sacros viguitq; infusa per artus
 Effectum assimilans totum sibi causa ministrat
 Quæ quod alit corpus, ne pars foret vlla superstes
 Indigesta cibi tanto manifesta per ora
 Deuoluenda vtero, sic hæc perfecta virenti
 Chameleonte nihil vis excutit, ille per auras
 Dum pastus v egretat maculoso tergo serpens,
 Sic plantis quicq; non est excernere visa
 Pluribus hæc virtus, succo tellure recepto
 Dum lati crescunt spatiosa per æquora campi,
 Addita sicq; cauis pelagi per littora conchis
 Reliquias nullas alimenti mole repellit,
 Felicem nimium natam de corpore cuius
 Spirabat nitido procul halitus omnia vincens
 Littoribus tyrijs quæ condit aromata diu es

MARIADOS

Mercator, magnoq; mari que decolor indus
 Puppe vehit, sapiensq; suo trahit orbe sabæus,
 Afflicti cordis, lungum solamen, odorem
 Illa dabat, qualem nec agri florentia prestant
 Gramina. Sed postq; cunnis exegerat infans
 Desidiosa nimis sibi tempora, pinguius vber
 Ante diem vitans agilis pede cæperat æquo
 Inuiti, & vadens grauiter vestigia fixit
 Prima labans nusq; , nec lingue vincula soluit
 Blesa prius, verbi sed vox fuit integra Primi,
 Mira canam, sed quid mirandum est, conditor orbis
 Quicquid agit per se sensim non perficit, instans
 Est actus mensura sui, quem nulla retardat
 Protrahit aut differt magno finita repugnans
 Authori natura deum, qui virgine sancta
 Mouerat hoc vnus, causis q; plura secundis
 Cætera committens. Quantum spectare iuuabat
 Sollicitam sese Thalamis includere solam,
 Orantem & toties, gemitus lachrimasq; cientem
 Ante Iouem flexis genibus, resupinaq; duro
 Mollia membra solo prosternere sæpe puellam
 Viderat æquatas que vix ter paruula noctes,
 Illam tangebatur reuerentia summa parentum

Actiois cuiuslibet
 protrahio a repu-
 gnantia patientis in
 agens ob aliquam vim
 in patiente agentis con-
 trahit prouenit,
 vnde cum inter patientes
 quilibet et deum glo-
 riosum nulla sit vi-
 rium proportio, neq;
 re actiois ad actio-
 nem commensuratio,
 quia nulla est propor-
 tio, patientis finit ad
 agens infinitum in in-
 stanti deus quodlibet
 patientis transmutat.

In vno anno & alte-
 rius dimidio ter eg-
 noctium fieri cogit,
 sol enim in vno tempore

LIBER PRIMVS

patio ter egnoctia
 le circuli p arietis
 et libere principia tra-
 seute describit, qui
 cum dimidat orizontes
 & diuidatur ab eis
 in partes equales ta-
 ta est portio eius su-
 per orizontes quata
 infra eos, vnde cum
 sol p locu eius discur-
 rens medietate ipsi
 infra orizonte nocte
 & alia medietatem
 die ptraseat, q; ama-
 be sunt equales, qua-
 titas noctis q; tuitati
 diei equalis erit, qd
 patiu qd nocte sol
 metitur e eguale spa-
 tio quod die ptrafit

Et pietas que rara fuit, crescentibus annis
 Obsequijs dilecta suis onerosa senectæ
 Amborum angelico mulcebat teupora fastu,
 Ocia vana fugans animo, noctesq; perosa
 Insomnis lungas latissima scripta legendo
 Ducebat, Nunq; seruilis facta recusans
 Queq; domus, nec se seruorum pretulit vlli
 Digna deo, vultuq; hilari succincta ministris
 Se dabat exemplum. Patrijs dictauit egenos
 Diuitijs quantum potuit, loachinida paruam
 Audieras cunctos inopes extollere magno
 Nomine finitimos. Facies mirabilis illi
 Contigit vt que non posset mortalis haberi,
 Semine nec puro loachim compacta videri,
 Lutea pellis erat diua similisq; lupinis
 Fontibus immersos nuper quos venditor hausit,
 Apta verecundo torquebat lumina gestu
 Saphiri specie nigro fulgentia sparso,
 Fulua comas auroq; pares, simul intertextas
 Tempora multiplici gyro redimita ferebat,
 Pulchra supercilijs auri pallore corruscans
 Dum capulo nigra conspersum cernitur ensis
 Sandaraca siculo quam dextera coxerit igni

MARIADOS

Artificis, latitat qui iam fumantibus antris
 Aetnea sub rupe senex, Porrectus ab alta
 Fronte erat in medio nullo curuamine nasus
 Mole decens media, formaq; decentior vnus,
 Os paruum tenui labio, cefisse colori
 Debuerant cuius mananti sanguine vultu
 Gorgoneo tincte per inhospita littora virge,
 Illius at potuit dentes vidisse relectos
 Quis bene? cum nunq; visa est risisse soluto
 Ore dea, ast tantum summa ostendisse loquendo
 Illorum scithycis niuibus mage can.lida, textu
 Ossibus equaliper frustula parua resectis,
 Nec lunge rubuere genę, color vnus obibat
 Formosam faciem, teretis colliq; figuram
 Munibat, solidos et molles virginis artus
 Obtexisse latens qui toto corpore fertur,
 Lunga manus candore paros cui cederet alba
 Conspicuis celebrata iugis, rutilumq; Pyropi
 Vnguibus et summis digitis imitata nitorem,
 Nec procera nimis, cunctis tamen altior ibat
 Virginibus petrijs secum quas prodidit orbi
 Vna dies, sed cur temeraria carmina dictas
 Musa mihi vt spetiem referam, que clara fatigat

LIBER PRIMVS

Lumina perpetui sensus, seq; occultit alta
 Humano lunge aspectu, per singula totam
 Quam nisi spiritibus caeli comprehendere fas est.

DE MORIBVS MATRIS Virginis in Cænobio Hierosolimitano.

sol in singulis. 365.
 diebus et fere horis,
 6. mouetur sub Zo-
 diaco ab occidente
 in Oriētē vna reuo-
 lutione completa, in
 quo tpe ad vnāquāq;
 q; figurā eius quas
 duodecim ymaginas
 mur pertingit.

veluti p vim sancti-
 ficationis quā beata
 virgo in vtero ma-
 tris copiosam valde
 acceperat dñabatur
 i ipsa rō sensibus, et
 nulla prorsus iclas-
 siōe ad malū exaba-
 tur, ita ob vestigiū
 futurę glorię suę is
 cōparabilis incipies-
 bat corpus suū debi-
 to minus grauē sen-
 tire, et id agilitate
 prout optabat mo-
 nere.

IAmq; duodenas Phębum lustrasse figuras
 Zodiaci septem completis orbibus alma
 Viderat in terris virgo celeberrima magne
 Cum primum intrasset comitata parentibus vrbis
 Templā ducis magni positoris habentia nomen,
 Marmoreos superasse gradus ibi paruula fertur
 Cruribus et celeri breuibus conscendere gressu
 Visa fuit, poterat quos vix equare virilis
 Passus in ascensu, dominans mens Inclita moli
 Materię proprium, quamuis graue, corpus agebat
 Nutibus vsq; suis, at postq; credita claustro
 Virginibus comes vna fuit, temploq; resedit
 Dicitur extemplo geminatis viribus ardens
 Excoluisse dei munus, duplicisq; dedisse
 Signa animi, doteq; suas auxisse priori

MARIADOS

Illa die, flammam alias congeffit in altam
 Diua Pyrham, paruos reputans quibus arserat ignes
 Haectenus in dominum celi, laetata teneret
 Deplorata diu q̄ tandem claustra, decoris
 Agminibus permixta loci quo clarior alter
 Non fuit impositus lat iconfinibus orbis,
 Mos erat antiquis patribus septēna natę
 Tempora cum primum tetigissent, protinus illa
 Iungere virginibus sanctis, claustrisq; locare,
 Hic vbi nosce viam poterant quę ducit ad astra,
 Aeternasq; animas reddit, legemq; seueram
 Rimari, et vanos cohibere cupidinis aestus,
 Virtutis vacuę necnon ifigere menti
 Actibus assiduis habitum, dulcedine captę
 Vt dudum vitę mentalis, inania secl
 Blandimenta thoro noscent frenare iugali,
 Questito et primis sensu moderarier annis
 Proxima quęq; viro, tractare domestica, natos
 Exercere Iouis cultu, tenerosq; docere
 Quę bona fors prestat terris addimitq; maligna
 Pauperibus diuisa (sibi velut) omnia luxu
 Distribuisse pari, socios contendere sensu
 Aequare, et nullum perituris vincere rebus

LIBER PRIMVS

Velle hominem quas diua labans precepsq; gubernat
 Antia, felices natę quas atria claustri
 Surrepuere, viro donec maturior etas
 Iungeret has stabili ditatas dote deorum,
 Addidit his vltro Ioachim sua pignora, quamuis
 Flenda diu sibi nata foret, tantumq; senectę
 Solamen patrijs lunge complexibus absens
 Turbida plorandum toties per lumina matris,
 Sanctior hic vnus priscis monstrauit alendam
 Non sibi, sed magno patribus per tempora prolem
 Cuncta Ioui, nec opus complere propaginis annos
 Leniat vt canos puer, et deliria Iusu
 Preferat apta suo, forma referatq; parentes
 Extinctos, manes similq; superstite viuant,
 Quinetiam docuit preponere lumen alumnis
 Explorare gradus quo cæco limite possint,
 Et misere dubium vitę contingere finem,
 Atq; illis optare frui non corpore mortis
 Sed cælo, et coram semper gratarier alto
 His patre, quid primos ausus tepesacta remittis
 Calliope, captum et dubitas superare laborem,
 Eia age ne trepida diue confisa potentis
 Auxilio, quos ipsa dedit prior ausibus aequat

In quę finē procreā
 di et educandi sint
 liberi.

MARIADOS

Alma tuas vires , dabitur transcendere versu
 Ardua quæq; tibi calamo referenda soluto
 Vix bene , sed perstes sperando posse referre
 Digna dea , per quam comitum suspensa tenebat
 Corda stupor, videre noue dum virginis actus,
 Et sensum, formeq; decus seriemq; loquellæ,
 Præcipitis cæli motus pars nulla vacantem
 Viderat , interdum declinans lumina somno
 Nocte leui, sopita thoro sic, semper agebat
 Cor vigil , et tota lustrabat mente phalanges
 Aethereas , clausisq; oculis arcana videbat
 Ante necem tantum paucis concessa tueri,
 Hoc quod erat somnus quamuis forct esse quietis
 Verius, arbitrium tunc cum viguisset in illa,
 Hac sine sacra chori cecinere sedilia nunq;
 Carmina virginibus stipatis agmine denso,
 Sepe etiam socijs quantum subtracta decebat
 Clausa breui Thalamo meditans orabat , et vdis
 Impia luminibus deflebat tempora , sortem
 Quæsta diu Insontes plexos quæ versat iniquam,
 Sollicitasq; preces defunctis soluit , alumna
 Gratiore senibus genitoribus vna reperta
 Infixas menti effigies deflebat , et imo

Quia cum homo ex
 deliberatione potest eligere
 et respuere non
 quod dormire dicitur.

LIBER PRIMVS

Pectore ducebat lacrimis suspiria mixtis,
 Ante deum et lungis pacem implorasse querelis
 Dicitur illorum . Cætuq; magistra pudico
 Septa puellarum docuit muliebria miris
 Quæq; modis facienda manu , legisq; resoluit
 Difficiles nodos cunctis sapientior , altas
 Explicuitq; palam causas , quid acumina sensus
 Cæsarei tollit verissima pagina , virgo
 Alma docens socias aliud scripsisset, et aures
 Pluribus intentas diuersa loquentibus vno
 Tempore discursu velox aptasset . Honores
 Vitauit quantum potuit , rubuisse decoram
 Vidisses faciem quoties compulsa priores
 Illa locos tenuisset , onus laqueumq; putabat
 Mentis et insidias preferri . Viderat vllam
 Si fortasse rudem tepidam segnem ue puellam
 Obseruans Pietis Thalamis quæ sola sederet
 Ibat, et vt sese culpans mærebat inanes
 Pertransire moras sopito corde remordens
 Segnitiem casumq; animi, sicq; ossibus intus
 Vt nimium feruebat amans carissima tempus
 Labitur et vite breuis ocia ducimus inquit,
 Turbatatq; loquens oculos lachrimosa, dolore

Mater virgo in tpe
 imperceptibili discursu
 rebat ab vno ad aliud,
 non quod in eodem tpe
 instanti plura simul
 intelligeret, vnde ratio
 ne ita subiti discursus
 in vno tpe plura
 simul operari videtur.

MARIADOS

Interno correpta (sibi ceu) conscia noxę
 Inditium proprię faceret, dictisq; labantes
 His dea pręueniens seruabat sæpe sorores.
 Auersata cibos nunq; quos legi, edendos
 Impositos mensis tulerant de more ministrę,
 Bernardum r. ferunt oleum potasse, saporem
 Nec tamen ingratum poti sensisse, vacabat
 Inferior sensus dum mens agitare in illo
 Maius opus, sed facta deę maiora reposcunt
 Grandius exemplum, quę quantũ corpore viuens
 Possit ali parcis manebat faucibus ore
 Suffuso meliore dei dulcedine tantum,
 Formosum albenti corpus velabat amictu,
 Cui cefisse ferunt lanas splendore coruscas
 Texit in exiguum moriens quas polipus orbem.
 Et medios adoperta pedes sublata parumper
 Indumenta solo gessit, ne lamberet ora
 Pulueream per iter sordem, sinuosa gradumq;
 Redderet implicitum, cũ res cita posueret aula
 Officium alternis vicibus pręstare cohorti
 Ordine debuerat toti quod singula virgo.
 Clara deę oppresso pręsentia corde fugabat
 Tristitiam, et mentis vulnus sanabat acerbum

Videmus hořes i ex
 tafim raptos, ita per
 spicaciter itelligere
 et discurrere, et tñ
 aptis oculis nihil vi
 dere, qđ ad operas
 tionę potētis altios
 ris quiescit inferior,
 quę tñ pp opus sus
 perioris ordinatur,
 vi cũ superior finem
 suũ contigit inferior
 cessat, visus. n. ordie
 natur ad intellectu
 cũ alijs sensibus, ita
 circo in vera opera
 tione intellectus ipsi
 omnino ab operibus
 suis quiescunt.

LIBER PRIMVS

Intima disrumpens rigido pręcordia morsu,
 Nec cuiq; licuit fatum crudele vereri
 Ipsius aspectu, tantum est sperare suprema
 Gaudia, quę prę se species sua rara ferebat.

DE VIRGINITATE VERA,
 et causa eius finali, ob Quam a sola
 Matre Virgine introducta
 est eius obseruatio.

Pallada quid prisca memorant, diuãq; bicornę
 Virginitate pares, rigidę quid limina Vestę
 Perpetua conclusa sera, nam vera sub auras
 Virginitas nitidum caput extulit, inclita virgo
 Viribus afflatus superi cum rapta, virumq;
 Interdicta thoris lungum decreuit in euum
 Illecebras nescire nouas, fædosq; mariti
 Concubitus: tēdas nec detestata iugales
 Auertit socias, ne sub iuga dura coirent
 Coniugij: sed facta hominum diuersa reuoluens
 Nouerat humani carnalia semina vulgi
 Indefessa feri, numerumq; excedere terris
 Tot varios populos, actiue et tempora vite

MARIADOS

Inferioris agi solum, mentisq; refelli
 Gentibus ignotam vitam, qua carne superstes
 Cœlitibus conuiuuit homo, prolisq; rependit
 Dimissæ, meritum similis cum redditus altis
 Spiritibus per grata Ioui sua vota precesq;
 Dammandos tot sæpe viros crudelibus orci
 Faucibus euellit, ditisq; a sede reducit,
 Altius vnde alijs figens super æthera mentem
 Virginibus, tantę iecit primordia cause,
 Sollicitis secli curis qua quisq; reuulsus
 Completa virtute frui, mentemq; solutam
 Non sibi sed multis etiam diffundere posset
 Ante Iouem, et plebis miserę noctesq; diesq;
 Exercere vices, magno sobolemq; tonanti
 Tradere mansuram, terrę non anguibus escas
 Corpora sarcophagis olido manãtia tabo,
 Et grauidas noxis animas immergere stagnis
 Cocyti, sic altus amor nostriq; Iouisq;
 Iuditiumq; deę statuit, quæ dicitur vna
 Ante alios genus hoc vitę monstrasse, priores
 Virginitate frui quamuis voluere neq; banda
 Nescio quam, cum ficta animis comitata superbis
 Casuro famam et laudes speraret in orbe,

LIBER PRIMVS

Inuidia grauibusq; notis obsessa vacaret
 Corporeis (ericina velut) lasciuia vacauit
 Delitijs, nec mente foret sed corpore tantum
 Virginitas asserta prior, violata puellis
 Cum famam seruare daret vir cautus inanem,
 Textit erictonium Pallas perpeffa subiri
 Mulcibero marcente annis, curamq; Dianę
 Occubuisse dolis Phæbi, fosumq; per vndas
 Endimiona ferunt, arsit Mauortis amore
 Quæ geminos peperit Vestę formosa sacerdos
 Fatalesq; duces, altę nunimina Romæ
 Qui primi posuere locis, vbi tybridis vnda
 Labitur, et pelagus turbat cœnosa propinquum,
 Sic voluit demens Lucretia casta videri
 Tot populis oblita dei, cum ducta timore
 Nominis amissi sexto subiecit eburnum
 Corpus et ante virum post nudo pectora ferro
 Vltima pudicitiam morienstraiecit, adorta
 Hoc facinus villi desperans corde futuros
 Pertransire dies tanta virtute q; vrbis
 Forsitan ambiguam rem primum turba volutans
 Vera pudicitie data post duranti signa
 Crederet oppressam per vim, fidamq; marito

Peruenit se Lucretia non amore virtutis, et violatę castitatis sed dicitur amore iam humane, quæ si superuixisset pro certo sciebat multos opinari ipsam Sexto cõsensisse, et sponte eũ eo cõcubuisse, licet

MARIADOS

cet viro Sexti pro
 terniā propalasset,
 quā multi poterāt
 opinari ipsam fecisset,
 ne fama adulterij sui
 aliunde ad viꝝ per-
 uenisset, quā p̄ diffi-
 dens posse ita insatu-
 rum viuere, vt hoīes
 ab opinioe casus sui
 obligi sufficeret auer-
 tere, seipsam pugioe
 cōfodit, querens sibi
 famā morte, quā lau-
 dabili vita consequi
 posse minime consi-
 debat.

Inuictum mentis castæ seruasse decorem,
 Maluit illa Ioui Romam præponere, seq;
 Viribus infælix proprijs difisa peremit,
 Sic virgo, sic casta fuit quas tollere frustra
 Altifono prisca nituntur carmine vates,
 Candenti ast Helian raptum super æthera curru
 Clamantēq; (pater) socium pater optime cur me
 Deseris, obijciens aliquis memorabit ab æuo.
 Ante deam celebres nullos temerasse per annos
 Corpora nec mentem veneris lue, prima repertrix
 Vnde foret falso Ioachinis dicta per orbem
 Cœlibis alma chori, liceat sed scire prophetas
 Non animos egisse suos curasq; pudicas
 Sublimes tantum quantum sapientior illis
 Aegit in æthereum figens dea longius axem,
 Ille bonum cōmune magis sectata potiri
 Virginitate piā docuit, quæ ianua pacis
 Vestibulumq; patens ambitu dicitur orti
 Virtutum, solidis vbi gramina ditia surgunt
 Cespitibus, frondisq; loco nitet aurea plantis
 Brathea, gemmarūq; labant sub pondere rami,
 Arboribus, Regina modum superaddere vite
 Orbe nouum ex animo nixa est, cū sanctus vterq;

Satuit Mater virgo
 virginitatē obserua-
 re p̄ ipsam ad vitam
 cōtēplatiuā ptinge-
 ret, & vice propa-
 gationis complures
 hoīes medio orōnū
 suarū ad viā salutis
 reduceret, vnde nō
 pro seipsa tantū, sed
 pro cōmuni bono
 Genus hoc viuendi
 prior cōstituit.

LIBER PRIMVS

Desertis hominum fugiens commercia syluis
 Non aliud fixum cordi immotumq; teneret
 Quā monitus audire dei, populisq; prophanis
 Exitium horrendum præfaga voce minari,
 Hæc etenim plenos cū iam venisset in annos
 Compellata procis, magnisq; heroibus vxor
 Non repetita semel, dixit sua vota fuisse
 Ante deum toties nullis complexibus vti
 Humanis, socioq; thori caruisse quousq;
 Viueret, & causas coram facunda retexit
 Propositi patribus senibus, stupere loquentis
 Ingenium mentisq; deæ molimina magnæ
 Qui trepidi, & mosis veriti quā tollere legem
 Illa videbatur, veriti noua numina nec non
 Virgine tam clara, sacris oracula templis
 Consulere, dei & summi responsa fatigant,
 Ille nouos paulum celari virginis ausus
 Dilectæ statuens, signo frondentis oliuæ
 Aruerat quæ iam, fertur monstrasse maritum
 Ipsi ante aras sensu senioq; verendum,
 Sanctior hoc dauidis generoso sanguine cretus
 Non fuit in terris asiæ, nec amantior æqui,
 Viderat hic cœlebs viridem crudamq; senectam,

Ob sciētiam & ip-
 sus sanctitatē sacer-
 dotes templi Matrē
 virgine veriti sunt.

Distulit altissim^o ma-
 nifestam virginitatis
 approbationē, vt ho-
 mines maius meritū
 in fide virginitatis
 Matris Dei cōsequer-
 rentur.

MARIADOS

Permissus qui lege fuit sine coniuge vitam
 Ducere, cum forsitan nullis mulieribus aptus
 Frigidus esset amans, vel quæ mage sedulus heros
 Tunc alijs curas inopum gefisset ab annis
 Mollibus, et sese totum per longa dedisset
 Tempora pauperibus, tepidum nec viderit vnquam
 Aut fessum oceani currus dum gurgite vasto
 Præcipites ageret Phæbus, vel cum caput indis
 Tolleret altus aquis, Senior pius ægra regebat
 Corpora, nec tardas in somnis noctis abire
 Excubias lunge questus, fidusque minister
 Quæ domibus seruabat, agris et culta tenebat
 Omnia possessor vacuus tradebat egenis,
 Robora dissecuit manibus cum forte vacasset
 Talibus obsequijs, mira compegit et arte
 Lignea frustra simul, varias finxitque figuras,
 Soluerat vnde virum imperio lex æqua maritæ,
 Hic homines inter mundi felicitior vnus
 Additus est diuæ comes et conuiuia, laremque
 Quem coluit dilecta deo sortitus eundem est,
 Præbuit assensum cæli Regina marito
 Ut caperet domus vna duos, sociosque laborum
 Concordes faceret citra cõnubia veri

Vsa fuisset fraude in
 cõtractu conugali
 Mf Virgo nisi prius
 eum Deo de obseruãz
 da virginitate pepigisset.

LIBER PRIMVS

Complexus, nec fraude tamen fides hymeneis
 Vsa fuit, cū iam fœdus pepigisset haberi
 Aeternum ante deos virgo, vidisset olympo
 Sæpius et missum numen sibi vera referre
 Authoris mandata deum, votumque fuisse
 Ipsius in fati pro virginitate receptum,
 Sufficere ast senior quãuis nec amoribus æquas
 Esse suas vires noscet, quid virgine tanta
 Terrarum pelagique sator cœlique pararet
 Orbe nouum ancipiti versabat pectore, tandem
 Ne foret ætherei monitus contemptor, adhesit
 Duceret vt thalami sociam, dijs credere proptus
 Euentum atque rei seriem, sic claustra relinquens
 Flebat amans virgo comites, phanisque superbi
 Luminibus loca grata suis, mentisque quieti,
 Nec minus à caris lungum defleta puellis
 Illa fuit, lacrimas quarum coeuntia phæbes
 Cornua viderunt toties, atque orbita pleno
 Sydere per menses multos despexit amaras,
 Alma virum in proprias sedes genitore recepit
 Extincto cū matre simul, defleuerat hæres
 Quos pia iam dudum claustris, ast acrius illam
 Tunc prope deflentem vidit laris angulus omnis

MARIADOS

Obuia cū reduci natæ daret oscula mater
Nulla suæ, patrios saxumq; includeret artus.

MARIADOS LIBER SECVNDVS.

DE MISSIONE ANGELI AD Matrē Virginē, et de conceptu seruatoris in eius Ventre.



Iuagenis mœstū postq̄ dimouerat imbrē,
Et tumidos lungo fletu pactarat ocellos,
Immemor haud cælo sua q̄ firmata fuisset
Virginitas, orbi debere propagine seq;
Maius opus, patrio non inferiora sequuta est
Gesta lari magnis quibus est exercita claustris,
Addidit hisq; inopum curas certumq; leuamen.
Ipsius ast famam senior qui nouerat ante
Viderat vt mores diuinos virgine, numen
Expauit, trepidoq; simul noua gaudia corde
Concepit, dominamq; vocat, diuamq; veretur,
Nec sibi succurrit corpus tetigisse decorum,
Vitat et ingressum thalami quo sola tacebat,
Nec diuæ propior (tanta est reuerentia) sedit.

Josephi cum Matre
Virgine cōuersatio.

LIBER SECVNDVS

Iamq; propinquabat tempus quo Iuppiter ægris
Mittendum missurus erat mortalibus, orci
Obscurisq; patres vinctos rapturus ab antris,
Cum virgo de more leui vigil excita somno
Surgeret ad comp̄tas auro gemmisq; micantes
Contigua quas æde suis erexerat aras
Alma thoris, cæli domino propriasq; dicarat,
Et noctis mediæ per amica silentia vocem
Solueret in veras laudes titulosq; deorum
Rektoris, meditans alto cælestia sensu
Quæq; globo infami spetiosa latentia nostro,
Et lungas traheret varijs conceptibus horas
Circulus infernum medium qui separat orbis
Memnonis accessu donec rutilante parentis
Titanis radio percussa nube ruberet,
Tempore quo paulum cessans diuersa legebat
Scripta libris veterum, casum mundi; ruinam
Deflebatq; legens hominum miserata labores,
Quâ sator atq; opifex re; speculatus ab alta
Arce poli gaudebat amans in virgine tanti
Esse suum munus, Cladisq; miserima nostræ
Secula tot cernens finem contingere fixit
Quem sua sub satis pietas, causamq; doloris

Lætabitur dominus
in operibus suis.

MARIADOS

Virginis orantis statuens excindere, pacem
 Pollicitamq; homini superum præstare recepto
 Agminibus, mandata dabat q; nuncius oras
 Linqueret æthereas, sumptisq; per aera pennis
 Arua celer pronò peteret dilecta volatu
 Nazarena sibi, diuamq; speriret amorem
 Ante suū, et mirā seriem comprehendere totam
 Quā solus poterat, per quā redimendus ab imis
 Sedibus esset homo, dictis et mente cieret
 Virginea assensum, nulla est mora condidit ille
 Humano angeli os ficto sub tegmine vultus,
 Labitur, et nitidis alis super æthera librat
 Corpus, et aduerso nubes veniente nitorem
 Numine concipiunt, refugo decrescit olympus
 Aspectu, longe q; poli regionibus ignes
 Orbe minore micant, extendi terra videtur
 Et pelagus propiore deo, plaga quælibet orbis
 Iam patet, et syluas densas discernit et vrbes
 Lumine clara suo quas tunc sub nocte silenti
 Luna lacessebat, montes feriebat et altos,
 Flumina, stagna, lacus, fontes et rura, viasq;
 Albenti radio tenebris retegebat opacis.
 Iam piscis gemini species fulgebat ab ortu,

Fictio de progressu
 angeli alati.

LIBER SECVNDVS

Vrgebatq; dies vernis tunc noctibus equa
 Vellera magnanimus rapuit quæ ditia colchis
 Aesonides phœbi radiantia lampade, sacros
 Cum postes volitans tetigisset nuncius, vltro
 Qui faciles patuere illi, thalamiq; pueritis
 Virginis exiguam pepalisset lumine noctem
 Ingenti, stridore foris quæ territa nechon
 Lucis inassuete radio percussa timebat.
 Sedulus ille domū ingrediens stetit ante deos;
 Reginam, pronum seseq; inflexit adorans,
 Verba salutiferi occursus diuinaq; fecit,
 Illius et titulos modulatis vocibus auxit,
 Virginis intactæ fructum benedixit et alui.
 Ipsa sedens veniente deo surrexit, et illum
 Spectabat versans qualis foret vnus honores
 Qui sibi deferret vetitos, cū numina virgo
 Vidisset cœli toties (hominemq; decebat
 Ut bene) procumbens coluisset missa per auras
 Accipiens nullos cultus venerata vicissim.
 Altera causa fuit pauidam quæ redlere mentem
 Cæperat, ille suo q; fructum ventre gerendum
 Monstrabat (nullum ceu virginitatis haberet
 Cum Ioue mansurū foedus) sicq; ocius alma

Mater virgo visioni
 bus angelicis assueta
 qbus semp honorē
 debitū detulerat (ve
 lut hominē ad ange
 lum decet) nec ab
 ipsis vnq̄ venerata
 fuerat, videns se ta
 liter ab angelo coli,
 qui sub maiori maie
 state q̄ eæt ri q̄cūq;
 priorē apparebat,
 verita est ip̄m vnū
 ex angelis Satane

MAR JADOS

esse, qui eam elatias
nis et supbia nota
irelire condaretur, p
cipue cū mentionem
de filio gignēdo ab
ipsa faceret contra
votum suū de virgī
nitate obseruāda ab
altissimo deo cōfir
matum.

Discurrens heredi dubitabat missus ab oris
Anforet, Illusu mentē qui nectere falso
Asuetis cuperet laqueis, animiq; superbi
Corde humili toto mortis diffundere virus,
Asensuq; nouo castas auertere curas,
Nam varios turbę stygię dea nouerat astus.
Quā sic affatus Gabriel, quid Diua timere
Nunc opus est subigant si se tibi numina pridem
Culta, deum per te molitur grandia rector
Angelicę stirpis primas superantia vires,
Muneribus tu plena Iouis, genitrixq; recepta
Aeterni nati, regnum sine fine tenebit
Qui Davidis cœlo, Dixit, soluitq; timorem
Aliger, et castos animos firmavit, et altis
Obiectis responsa dedit, summiq; tonantis
Velle palam explicuit dictis, atq; ordine prompsit.
Obstupuit tanto auditu sanctissima Virgo,
Iuditioq; suo fuerat quæ villior vna
Fœmina, iam cernens quicquid clementia cœli
Contulit alta sibi lacrimis impleuit abortis
Lumina, strata et humi mitissima reddidit ore
Talia verba deo, supplex ancilla precatur
Quæ Ioue dicta tibi rata sint super æthera summo.

LIBER SECVNDVS

Dixit, et extemplo thalami sublata pependit
Aeris in medio, circumfulsitq; caterua
Cœlesti stipata, patris complexibus atq;
Aeterni deuincta nouum (mirabile) rorem
Flamine Virgineis sancto spirante reuulsum
Profudit membris, propriamq; ingessit in aluum
Internis uteri nullis resoluta medullis,
Spiritus inseruit cui sese factus eodem
Tempore, distinxit formatasq; ordine partes
Protinus, orbe prior nullas protraxit in illo
Causa moras, quæ sola manus erexit ad impar
Inferioris opus naturę uiribus, esse
Et dedit omnipotens genito sapientia secum
Quo fuit illud idem terras cœlosq; creatos
Ante omnes, ignem et pelagus causasq; secundas.
Sic seruator homo deus et fuit abditus aluo
Virginis intactę, materno sanguine pastus
Cresceret ut, mensesq; nouem compleret adultus.
Illa ubi delitys cœli maioribus hæsit
Concepitq; dei natum dimissa resedit
Sola domo mirata diu, magniq; tonantis
Inuiolata suis misteria sacra gerebat
Quę modo uisceribus toties repetita uolutans
Corde preces laudesq; pijs soluebat ab imo.

In instanti corpus xpi
in Matre Virgine ex
purissimo humore a
substantia membrora
eius deciso et i locū
generationis absq;
Virginis resolutione
mirabiliter profuso
conceptum figuratū
et animatum est, et
totum compositū ex
eo et anima sapiens
tia dei in eodem ins
stanti personatū est.

MARIADOS

DE VERIORI CAUSA PER

quã Mater Virgo ita propere ad visendã
Helisabeth profecta est.

Non elata dei genitrix Ioachinia proles
Quã foret et virgo, lapsas sed ab ethere dotes
Impressas nudo atq; animo consurgere nunq̃
Humana virtute sciens, nec premia dici
Munera sed tantũ, fruitur quibus omnia magno
Ab Ioue quisquis homo, pelagus mage mentis in altũ
Progrediens humilis totam sese obruit, omni
Illa loco, parte atq; omni trepidabat abesset
Quod sibi digna deo reuerentia, grata voluntas
Actibus assiduis comitata, nec omnia cœlo
Quę peragenda forent ausa est sibi querere (freta
Ceu fastu dea magna suo) sed adusq; morando
Iudicium et superos monitus, non defuit arte
Humana interea, patrijs qua carior oris
Gratior atq; nouis factis foret vna deorũ
Authori, nec fisa suo montana petiuit
Consilio, lungamq; viam superauit ad arua
Iudeę, vt mentem sanctam exploraret anilem
Helisabeth, dictisq; senis regeretur amice,

LIBER SECVNDVS

Ipsius et sensum verum, sensumq; mariti
Vulgato qui tunc casu sermone carebat
Disceret, atq; modum vitę cui credere se se
Deberet, tantiq; vteri seruare decorem
Illesum, ambobus posset gratarier atq;
Conceptu geniti, sterili quem ventre recepit
Aronias sero et senio, ceu prepete diua
Audierat, magnos homines Iudea colebat
Tota duos pietate pares, hos regia virgo
Consuluit, subiitq; lares excepta pauenti
Helisabeth, nuper cœlo quę nouerat alto
Aduentasse dei matrẽ sua limina, causam
Illius atq; uie, monitu stupefacta manebat.
Tum senior tanto, properansq; ut vidit adesse
Iam. oribus diuam obriguit correpta timore,
Ac veluti primo auditu cum fratris ab ore
Sensit adesse Iouem, viditq; expalluit hospes
Cui datus orion vituli de pelle sepulta est,
Post animo lætus rediit, sic sancta virago
Palluerat, vocemq; metu compefcuit, aure
Reginę at postq̃ mitissima verba loquentis
Hausit, et amplexus tantos atq; oscula fœlix
Sustinuit, gratusq; suis inolescere membris

M Virgo in oibus actib⁹ suis hūilitatis vera exēplū pra se ferens dubitabat an eisdē actib⁹ hūilitatis sibi consuetis deberet vti erga homines absq; pūdicio honoris et debita reuerentię filij Dei quę nuper cōceptū vtero gerebat, ideo sup hoc Helisabeth et Zacharaim quos deo gratissimos et magni sensus nouerat consuluit.

*V*irtus corporea q̃libet superueniēte virtute incorporea mouetur, maiata enim corpora supueniētib⁹ angelis ob eorū virtutē corporeā cōditionē longe excedētē mouētur, quasi aliq̃d de virtute eorū motiua accessu ipsorū patientur, veluti factus est terrę motus in loco sepulchri Christi descensū dēte angelo, et illuc appropinquate, animata vero et maxima cōprehendētia

*T*imore subito supueniēte loquela intercepta, quę spiritus per quos uetistra vo

MARIADOS

per oia mēbra cōcu
iuntur & terentur,
q̄a naturali quōdā
instinctu cognoscunt
adesse virtutem quæ
nutu suo pōt naturā
suā inferiorē destrue
re, at postq̄ cognos
cunt spūalis virtutis
accessum non nocu
mentū sed iuuamen
sibi asserre, maximo
letantur gaudio &
exultant, veluti cōti
git Heliābeth super
ueniente ipsi Matre
Virgine filiū Dei in
vtero Gerente.

Halitus incepit, senior noua iubila toto
Pectore diffundens sublimes impulit auras
Voce touans tantæ quantum dabat impetus in
Letitię, & cœli dominam benedixit, & aluo
Virginea positum infantem, quem ventre Ioānes
Clausus anus Matris signum sensisse mouendo
Se dabat, & saliens vtero gaudebat & illuc
Hucq; ferens sese vicinum numen adorat,
Atq; genu incuruat cū flexo poplite matrem
Percipit ante deam, prob quanta est gratia nobis
Dixerat Heliābeth, q̄ te quoq; senserit infans
Alma parens, vocemq; tuam semestr̄is inertī
Nouerit ille vtero, quanto suffusa rubore
Vror, ait, venisse altos tua numina montes,
Et dominam, indignum, famulā quæsisse, vocari
Debueram, iussuq; tuo properare, domosq;
Serua subire tuas, dixit, cū diua secundo
Successus peragi cernens sibi numine, tectum
Arcanum & retegī timidis quod pandere dictis
Sanxerat ipsa seni, magnos succendit amores
Addidit inq; Iouis flammās, gratissima soluens
Quæ poterat meliora deo de pectore rupit
Carmen ouans, quo maius adhuc non extitit orbi

Cantici magnificat
laus.

cis terefas
cū cor pes
tunt, & in
profundis
pectoris &
iinentur.

LIBER SECVNDVS

Grandius atq; sonans, magno Ioue dignius vnq;
Nec fuit, ast tanti occursum cū verba quierunt
Ingreditur latis campis sublimia tecta,
Semotasq; domos, vbi mens generosa vagari
Quacūq; optauit poterat, dum tempora partus
Aronias compleret anus, propiore recessit
Quo dea, ne turbis hominum præuenta fuisset
Sæpe coacta decus nati temerasse latentis
Ventre suo, si quem coluisset prona, genuq;
Incuruans humilis solito de more videri
Inclinasse deum posset, cōmercia vitans
Sic hominum, donec pareret, sua tecta reuisit.

DE SOLLICITVDINE QVA

Iosephus ob deprehensum ī vtero Matris
Virginis fœtum agebatur, & qua
liter rei veritas ipsi Desup
innotuerit.

Virginis interea fœtu crescente tumebat
Venter, et incuruus mediū surgebat in orbē.
Territus euentu tanto sua pectora leui
Vir satius angit inops, nec mentē flectit vt vllum
E ij

MARIADOS

Crimen habere deam credat, nec adultera facta
 Indignum ue putat quicquã de Virgine, matrem
 Intactam ast potius fieri potuisse volebat
 Quã diuam peccasse semel, Sed legis amator
 Incertus dubiusq; rei quę contigit, illam
 Deseruisse gemens nimio merore parabat
 Ab quoties domina voluit quęsisse quid alao
 Crederet esse sua, sed postq̃ lumina flexit
 Illius in faciem, trepidanti gutture verbum
 Hæsit, et attonitus cessit, puduitq; trementem
 Ante deam voluisse loqui dubitantia verba.
 Coniuge sic iustus senior malebat abesse
 Ignarus casus tanti q̃ ledere leges
 Cunctando, vulnusq; diu tractabat acerbum
 Corde suo, seniumq; suum miserabile luxit.
 Ast vbi composuit leni resoluta quiete
 Languida membra thpro missus Ioue labitur ales
 Nuncius, et somno monstrat munimina ventris
 Virginis esse dei natum, remq; ordine pandit,
 Hortaturq; virum nullo discrimine culpæ
 Sistere se diuę domibus, nec longius ire,
 Inde leues properante die sublatus in auras
 Fertur, at excutiens senior fugiente soporem

Lex Moysi et lex xpi
 post ipsã, videtur re
 feller vxores adulte
 ras incorrigibiles, et
 eas viris suis inters
 dicere et abdicare,

LIBER SECVNDVS

Numine quanta, inquit, pietas tua maxime diuum
 Vertitur in terris, q̃ iam seruatur ad ortum
 Venit, et humani generis spes irrita non est,
 Ast quid ego, quoniam socius sum deditus illi
 Quam cælum tellusq; colit, visurus in vlnis
 Regine qui fata regit, lectusq; minister
 Obsequium domino cœli laturus, et annis
 Extremis diuum authorem genitricis opertum
 Humane spolio aspiciam, sic pectore toto
 Vix bene concipiens propere noua gaudia surgit,
 Limen aditq; deę noctis labentibus vmbis,
 Illa vbi nocturnas hymnis transegerat horas
 Scripta patrum et mores priscos operosa legebat.
 Insuetos senior thalamos ingressus adorat
 Pronus humi diuam, repetit prostratus honores
 Ante ipsam et toties, cognouit regia virgo
 Vt vidit, defleta senem responsa deorum
 Accepisse sui tumidi super intima ventris,
 Exurgensq; virum niueis complexa lacertis
 Luçantem erexit lungo conamine, demum
 Orsa loqui cælum mihi quem pater optime dixit
 Prefecit vitæ rectorem labilis vnum,
 Et socium domibus, fidum comitemq; viarum

MAR IADOS

Dedecet inmerita cultum deferre tenemur
 Quo solum celebrare Iouem, nec credere fas est
 Accessisse mihi decus hoc, velut aethere summo
 Ostensum reor esse tibi, quia dignior orbe
 Extiterim sola ante alias, diuina voluntas
 Sed dedit hoc meriti nulla ratione recepta
 Parte mei, causas fatorum Iuppiter in se
 Intus habet, nec velle suum pendere putandum est
 Mobilibus, quibus ipse foret mutandus, in illis
 Iudicij fatiq; sui si causa maneret.
 Cuiq; ego tot sanctis terrae mulieribus impar
 Et longe inferior meritis (si facta vocari
 Recta hominis meritum volumus) sic aueta superni
 Iudicis arbitrio ignoto, laudabile non est
 Praeposuisse hominum me cuiq; velle, sed actu
 Quolibet vsq; meo niti monstrasse quod orbis
 Detinet inmensus totum Iouis esse, nec vllum
 Iure hominem debere suae virtutis honores
 Poscere, maiori titulo deflectere coram
 Sed mage mite caput populo, cum grandior orta
 Gratia sit caelo soli, non solus vt illa
 Gaudeat, ast plebi susceptum munus egeat

sacrorum antiquorum eorum
 plures veluti et mas
 gister suorum in tanta
 distinctione sui fedi
 tenuerunt deum praedesti
 nare homines ad beatu
 dinem ex praesens eorum
 meritis, et eos ad in
 fernum obdurare ex
 praesens eorum demeri
 tis, moderniores aut
 videntes quod si sic esset
 ratio voluntatis dei ex
 parte creaturarum, summe
 da esset, quae prout se
 ipsas mouerent et in
 deo motu et muta
 tionem efficerent, quod
 absurdum et execra
 bile iudicatur, ideo
 dixerunt quod ratio volun
 tatis dei ex ipso deo
 tantum sumitur, et non
 ex creaturis, vnde
 affirmant quod si deus
 quicquam exaltat aut ad
 paradysum praedesti
 nat, quod id facit non ex
 praesens eius meritis,
 sed ex ratione meliori
 quae est in ipso quam
 nescimus, pariformi
 ter si aliquem deprimi
 mit aut ad infernum

LIBER SECVNDVS

obdurat, quod id efficit
 non ex praesens eius
 demeritis, sed pro
 pter aliam rationem in se
 ipso nobis ignota, lis
 cet et demerita ob
 durati ad ipsius ob
 durationem concurre
 re dicantur, et hoc
 veritatis magis conspo
 ndit

Diuidat, et paruis mixtus exempla ministrat
 Quae primam insinuant causam coluisse, creatos
 Non homines, cultu cepto desiste morari
 Vnde pater, mecumq; subi penetralia supplex
 Ante Iouem, vt peragat misteria grandia mouit
 Quae pius e caelo, nostroq; latentia ventre
 Condidit, et famulae quantum res exigit ingens
 Aspiret, perstetq; animi lustrare tenebras
 Igne suo, cecamq; via praecedere recta.
 At mihi mens fuerat toties aperire latentem
 Rem tibi, sed quod agis dudum praesaga verebar,
 Et quia caelicolum temeraria dicta fuisset
 Forsitan arcanum tibi si referare dolenti
 Illorum monitu tentassem garula nullo.
 Dixerat haec, lacrimansq; pio dea substitit ore.
 Intercepta seni fuerat vox haec, imo
 Pectore spiritibus totis dum gaudet et horret,
 Visq; ibi tota manet linguae subtracta loquendi,
 At postquam voces mitis Ioachinidos hausit,
 Letitia implicitum fibris soluitq; timorem
 Sic ait, o virgo valeat mihi gratia tantum
 Lata polo, vt fonti noxas a mente resignet,
 Et modo quae superest senij pars vltima nostri

Contingit in gaudio
 loquelam intercepti,
 quae spiritus qui sunt me
 diu per quae anima lins
 quam mouet subito
 raptu ad fibras cor
 dis et pectoris dilata
 tendas feruntur.

MARIADOS

*Integra tota tibi nato placitura tuorum
Seruiat, et domibus vestris sua lumina condat.*

DE PARTU MATRIS VIRGINIS.

Quæ patre manauit sapientia nõ tamẽ illo
Posterior, p̄ quã mentes sine corpore puras
Finxit in effigiem propriã, spherãq; creauit
Ingentem, persona nouem iam mensibus aluo
Virginea pueri fuerat, cū Cæsar auitis
Vrbibus immensum cuperet numerarier orbem,
Vrgeretq; domum dauidis bethlemia magni
Mœnia tot priscis quondam dilecta subire
Principibus, coramq; suis ibi sponte fateri
Præsidiibus sese subigi, vincetamq; teneri
Cæsariibus, numerumq; suum signare tributo
Exiguo, parere volens cui iure subactus
Leuides magna cū coniuge deserit altum
Nazarena patent vbi tegmina ditia collem,
Itq; celer viridisq; senex atq; instat a sello
Quo Regina poli patriæ de more sedebat,
Armentisq; socer quæ diues pauerat olym

LIBER SECVNDVS

*Sublatum medijs niuea ceruice iuuenicum
Ducebat, vesci patria bethlemius ille
Quo posset, domibusq; suis apponere mensas
Ante deã, et plures coniunctos sanguine, nõdum
Visa quibus fuerat laribus regina mariti,
Pauperibusq; suis diuisas tradere partes,
Tunc inopi terra cū iam fortasse careret
Turba frequens carnis luxu, nec in vrbe liceret
Ocyus inuentas epulas edisse, refellat
Nec mea dicta aliquis, quoniã cū linqeret oras
Aegipti senior reduci cū virgine sanxit
Iudeq; domibus patrijs habitare, tyrãnum
Sed veritus repetisse lares vrbemq; remotam
Dicitur ille de galileo monte colonus,
Ergo vbi difficili binos occumbere soles
Limite vidissent, et iam lux tertia præceps
Lamberet oceanum turres ac tecta petite
Vrbis in aduerso cernebant colle, nec illis
Attamen ante datum est venisse suburbia q̄ nox
Orta superueniens cœlum clausisset, et alti
Aggeris oppositis riguisset ianua valuis
Qualibet, in tenebris nulli referanda, silerent
Aruaq; lata procul gelide sub luce dianę.*

*Rã abdukti iuueniã
ã Nazareth cū Mfe
virgine bethlẽ usq;*

*Qã Iosephus doo
mũ in bethlem possi
deret p̄suaderi p̄t,*

MARIADOS

Que facies cœli tunc fuerit.

Candila retrogradi quæ tunc caua brachia cancri
 Orbe pererrabat pleno dum phœbus in vndis
 Mersus equos ageret glaciali sydere capri,
 Eoisq; Leo rapidus consurgeret vndis.
 Hibernæ senior spectans horrentia noctis
 Tempora, tellurem rigidam, canasq; pruinas,
 Indoluit quæ nulla foret sibi gratia postes
 Obstructos penetrare, deamq; incumbere digno
 Hospitio, et circum lachrimantia lumina voluens
 Explorabat agris tegetes, quibus Inclyta virgo
 Sæuitiam brummæ posset fugisse serena
 Noctæ vagans, vllam nec erat cognoscere promptum
 Præter arundinibus densis et cespitem structam
 Exesam villemq; casam, patuliq; recessus
 Culmine stramineo, vento male tutus et ymbri
 Colle locus, soliti fuerant vbi sæpe caballos
 Nectere vicinis venientes ruribus orta
 Nundina cum campo venalia plurima lato
 Congereret, phœbi et radios cum syrius ardens
 Ferueret, pluuiasq; foro vitare cadentes
 Sæpe repentinas, senior dubitabat adire
 Quam tamen indignum reputans cœnosa ferax
 Strata simo magnos futura cubilia diuos.

LIBER SECVNDVS

At dea quæ fibris totis surgentia sensim
 Gaudia vicini partus iam senserat inquit
 Nil lamentandum est pater optime, non sine nutu
 Ista louis veniunt, tegetemq; ingressa reperto
 Imposita est modico circumq; animantia feno,
 Orabatq; vagans animo super æthera, fului
 Et iam cor medium cœli tetigisse leonis
 Posse videbatur, subito cum lapsa per auras
 Lætabunda cohors tibi se regina videndam
 Exhibuit, coramq; oculis in nocte refulsit,
 Sablatamq; solo mediâ vallauit, ademptum
 Infantem atq; aluo, caræ genitricis in vlnis
 Composuit ventre egressum penetrare videmus
 Ac veluti solis radios christalina, clausis
 Et speculis lustrare domos, vitrumq; forare
 Infractum, primus genitus sic matris hyante
 Parte vteri nulla nascens sub imagine veri
 Proditus est hominis, serui dominusq; figura.
 Certior atq; alijs pueri cum corpus obiret
 Temperies, frigus conceperat ossibus imis
 Protinus ille tener, nimioq; algore tremebat,
 Hoc tibi criminibus nostris seruator ab ortu
 Principium accessit, ne paulum vita fuisset

Casu humani inopinato coactus est Iosephus cum Matre Virgine sub villi tegete hospitari, vbi Christus in tanta egestate nasci voluit.

Cor leonis tunc ortus christi in decia cœli mansione constitit, quod ad dignitatem humanam naturam in christo concurrebat cum naturales quæ poterant, ne vbi poterat operari ibi desinerent, et scio factum in vniuerso inuenitur, vbi ante natura corporalis et superior spiritualis operesuo non auget ibi deus incepit, et in instanti perfecit.

Cum videmus radium solis vitrum pertransire ipso infracto ita christus ex aluo Matris Virginis egrediens infra generationis et humanæ integritate et soliditate eorum ille se penetravit.

Christus cæteris qui vicijs hominum passibilior extitit, quod armonia calidi, humidum, frigidi, et sic in ipso quod in alijs equalior facilius a quocumque legitur et quacumque quæ

MARIADOS

litate excedēte patiebatur, nā qđ cūq; frigus notabile ipm valde ledebat, qđ caliditas in eo mēsurā aequalitatis pat; excedēs minor frigore superueniēte in ipso consistebat. Effectus diuinitatis christi cū primo naturæ humanæ Mfīs Virginis occurrit, vt supra de timore He lizab eth.

Irrita pro nobis tua tunc, coramq; tonante
 Actibus altus amor nostri tuus ille vacasset.
 Vt natum virgo aspexit, numenq; rotato
 Lumine cognouit pavidos concussa lacertos
 Intremuit, primumq; caput deflexit adorans,
 Ante illum et supplex mentē prostrauit, et ora
 Soluit vt obsequijs fuerat quibus addita quaq;
 Sufficeret placitura illi, festina precando
 Argentem et gremij pannis circūdabat albis,
 Frigoraq; intendi metuens præsepe recondit
 Se mediam flexis genibus, fenosq; trementem
 Et lino et nexu sinuosę vestis amictum
 Infantem posuit circum velut agere facto
 Straminis exiguo, leua mandebat asellus
 Bos dextra, natura quibus licet inscia recti
 Attamen ante pedes flexis ceruicibus acta
 Procubuit virtute dei, testata iacentis
 Horrendū pueri numen, precibusq; peractis
 Iam dea conceptum solamen imagine nati
 Intus agens, toto atq; animo præcordia fundens
 Gaudia versabat quantum mens altior ore
 Non capit, et cœli hæroum modulantia voces
 Agmina cernebat circum præsepe canoras.

LIBER SECVNDVS

Ter ternos vidisse choros ibi fertur alumnū
 Ante suum curuare genu, tegetemq; decoram
 Clara micant veluti celata palatia solis
 Fulgere, atq; hominū visus hebetare propinquos.
 Nec tua diua parens pietas saturata fuisset,
 Nec bene delitijs tantis tua corda quiescent
 Explebas quibus vna animum cū coniuge, si non
 Gaudia fecisset cōmunia rector olympi
 Pauperibus, qui nocte feras ab ouilibus amplis
 Arcebant, superūq; deum, rectumq; colebant,
 Hi visu angelico digni monitūq; deoz
 Viderunt fari quæ non licet abdita, magnus
 Iuppiter at nullos fines pietatis habere
 Quē ferimus, compleuit amans solatia mentis
 Virginis, ante nouum infantem procūbere vultu
 Deiecto, et trepida facie (mirabile visu)
 Vidit honoratos vt villi stramine reges.
 Illa vbi pauperibus certam monstrare salutem
 Diuitibusq; Iouem nullo discrimine sensit,
 Iudeis populisq; simul gentilibus vnum
 Esse datum ad cœlos iter et cōmercia diuum
 Spes sua nacta modū tenuit, cū publica cordi
 Cōmoda fixisset sua q̄ magis intima Virgo.

Quāti faciat Deus hoies qui in sudore vultus sui pare suo vescuntur, et a recto non deiciant.

MARIADOS

DE FIDE ANTI- QVORVM.

Ois hō etiā aboleta
mentionē pcti Adæ
sciens pctm mortale
inter hoīes inueniri,
et cognoscēs id esse
culpā infinitā qā di-
rigitur in deū infini-
tū, et per consequēs
illud habito respes-
ctu ad dei iustitiam
merito infinito ad sui
remissionē idigere,
tenebatur fretus mi-
sericordia et libera-
litate dei summi fir-
miter sperare et cre-
dere deū ipm missus-
rū esse hoīem in hūc
mundū, qui infinitorū
meritorū esset, p quē
culpa infinita pecca-
ti mortalis quoties-
cūq; peccasset homo
ante dei iustitiā abo-
leri posset.

Stella q̄ magis appa-
ruit cometes spheri-
cus citra globum lu-
næ consistens fuerat
non naturali virtute

VNa fides spes vna fuit data cœlitus orbi
Crederet vt quisquis præfixo tēpore fatis
Ab Ioue mittendū esse hominē, cui nulla merendo
Meta foret, nullo contractos sine reatus
Quo magis humanis meritis abolere valeret
Diuinum referens humana sorte vigorem.
Omnibus ostensum fuit hoc ratione potiri
Qui recta poterant, tamen vni clarior oræ
Contigit ista fides, alijsq; obscurior, olym
Explicuisse ferunt correptum numine vero
Regibus hanc arabum balaam, signūq; dedisse
Syderis infra orbem phœbes lustrantis ab austro
Lungum iter, atq; nouos christi properātis ad ortus.
Hoc reges monitu excubias sanxere perennes
Obseruare suos ventura in secla nepotes,
Montibus atq; altis totam spectare poloꝝ
Conuexam faciem donec mirabile Sydus
Aethere congestum vario noua lumina nati
Virginis ad faustos præberet præuia cultus.
Irritus ast perijt multis labor iste tot annos;

LIBER SECVNDVS

sed angelorū ministe-
rio congestus

Secula tot, tandem sapientibus orta refulsit
Regibus hæc nascente deo, duce lumine cuius
Vallibus aggressi lungas superare viarum
Ambages rigido culmo coluere iacentem
Infantem, pauidiq; Iouis vestigia vasto
Iudity pelago viderunt, mente sub alta
In patrios longe referentes visa penates.

MARIADOS LIBER TERTIVS.

DE SCIENTIA MATRIS

Virginis et de ipsius cū Christo con-
uersatione et mirabili eius
humilitate.



Auroræ color ex re-
fractiōe Radiorū so-
lis ad aerē roridum
causatur, nā añq; Sol
in hemispheriū nos-
trum ascēdat sup id
radios multos decli-
ues et laterales trās
fundit, q̄ rōne debili-
tatis suæ etiā in corā

Amq; casa informi foelici nocte peracta
Marcētis cōiunx odiosa cubilia linquens
Pulchra viri noctis tenebras oriēte fuga
Cæpat atq; humeris auratos spargere crines, (bat,
Ornatam et faciem gemmis attollere cœlo,
Sedula cū Genitrix virgo patefacta subisset
Pignore cū caro famosa mœnia terræ,

MARIADOS

pore trāspareti res
fleantur, modo in
ipſo aliqua reſiſtens
nā corporis groſſio
ris offendant.

Opio ſatis rōnabilis
vſ eſſe q̄ M^r Virgo
adueniēte die receſſo
ferit cū filio à tegete
et igreſſa fuerit bet
lehem quā minime in
gredi p̄ noctē potu
erat, cū iam clauſis
portis applicuiſſet,
quāobrē neceſſe fue
rat ipſam in tegete
pnoctāſſe, vñ ſi quis
nō vult tenere q̄ ma
gi eadēmet noctē q̄
Chriſtus nat^u eſt ipſam
adorauerit neceſſa
rio dicet q̄ b^ta Vir
go poſt Romani im
perij profeſſionē reſ
uerſa ſit ad tegetē,
et ruruſ et poſt xpi
circūciſionē, et q̄ ibi
magos expectauerit
nulli p̄mittēs ſe vide
ri niſi q̄bus deo pla
cebat, q̄ locū illū ab
hoīum memoria do
nec ipſa ibi moraba
batur auferēbat, at
ſi q̄s vellet tenere q̄
noctē eadē natiuita
tis chriſti magi ipſam
adorauerint, et q̄
b^ta Virgo nō p̄miſ
ſa fuiſſet à ſuis et vi
ri ſui conſanguineis
et p̄cipue à Zacha
ria p̄ſe Ioānis bap
tiſte q̄ ſciebat locū et
tēpus partus illius p̄
manere in tā villi lo
co, dato etiā q̄ Iose
phus nō hūiſſet do
mū in betlebē, neceſſe

Intraſſetq; domos dauidis profeſſa quiritum
Imperium, dixiſſe foret nec inutile forſan
Illam ibi cunctantem patria tellure mariti
Grandæuos viſiſſe ſenes, peperere Ioannem
Qui duo ſolliciti cū iam diſceſerat alma
Montano hoſpitiū numerabant temporis horas,
Edocti atq; locum partus noctemq; beatam
Optabant, citius quo poſſent, cernere mole
Carnis ad opertum morituræ concutit orbem
Qui nutu, cæloſq; rotans elementa fatigat,
Scilicet idcirco belhemia rura ſequuti
Hauſerunt hebeti mentis ſolatia viſu
Deplorata ſibi toties, et tempore ſeſe
Iunxerunt diuæ comites, quo lamina duri
Saxea diſrupit pueri præputia cultri,
Cōmiſſumq; patris primi deleuit ad aras
Purpureus manans humor de vulnere primus.
Lætata eſt Virgo teneri cū ſanguis alumni
Marmora ſcædaſſet primordia tanta ſalutis
Humanæ vidiffē palam, data vulnera quāuis
Intima maternæ penetrarent viscera mentis,
Sic virgo cū iam terdenos æquore ſoles
Aſpexiffet agi pueri monomeſtris ab ortu

Mot^u cæli
ab oriente
in occidentē
p̄mixtionis
et conſuſio
nis elemen
torū cā eſſe
dicitur.

LIBER TERTIVS

eſt vt dicat q̄ ſtella
per lūgū t̄ps an ortū
xpi apparuerit ma
gis, et q̄ ipſi an eius
natiuitatē venerunt
in hieruſalem, et q̄
euangelista dicit cū
natus eēt teſus magi
venerūt hieruſalē q̄
intelligēdū eſt ibi ipſe
p̄teritū pro t̄pe q̄ iā
prope de neceſſitate
erat futurum, veluti
plerūq; effectus dei
cū vcturi ſunt hūtes
neceſſitatem in ſuis
cauſis q̄ nequaq; im
pediri poſſunt fuiſſe
p̄ronūtiatur, et vltē
rius neceſſe eſt vt di
cat q̄ eccleſia celeſ
brat adorationē ſa
ctam per magos ad
xpm poſt natiuitatē
ei^u ad tredecim dies
q̄ q̄ magi venerūt
hieruſalē aderat ibi
herodes q̄ nō reuer
tētū magis putauit
ipſos p̄p̄ verēcūdiā
ad ipſm non rediſſe,
eo q̄ nō inueniſſent
xpm, et fuiſſent per
ficiā ſua deluſi, et
nullus audebat inge
rere de veritate eū
tur q̄ magis cōtinge
rat p̄p̄ timorē hero
dis, vnde ipſo Romā
paulo poſt magos di
ſceſſum recedēte ius
dei de regis ſui ortu
ingrētes, et magos
ſuccellum p̄ſcrutans
tes decimatertia die
poſt natiuitatem ei^u
rediti ſunt certi de
oib^u q̄ magis acci
derāt, et eadē die

Vrbem præclaram ſenibus comitata petiuit
Hieruſalem, templūq; pauens ingreſſa ſuperbū eſt
Oblatura deo de more puerpera natum
Iudeo, veluti lex ſanxerat inclyta moſis,
Hic vbi longæuus Simeon crucis arbore dire
Spectaturam oculis ſata impia dixit alumni,
Impoſita et totis inmitia verbera membris,
Cinctaq; per rigidas titubantia tempora ſpinas,
Audiſt hoc bylari vultu dijs optima virgo
Ex animo grates referens, ellecta fuiſſet
Quæ comes horrendi nato certaminis, ingens
Discrimen ſubitura ſuæ virtutis, et omnes
Exhaustura oculis pœnas et probra, labores
Illius et lungos, interna mente tot ictus
Saucia ſuſcipiens crebros quot corpore natus.
Dixerat hæc Simeon, quāuis dea clarius illo,
Præſcia venturi noſcet quo limite Chriſtus
Eſſet agendus (ouis veluti) quæ ſponte macellus
Intrat, et exponit rigido pia guttura ferro.
Diua libros vatū cunctos euoluerat, alto
Omnia componens ſenſu reſoluta, nec illi
Doctrinæ fuerant ignota volumina primæ
Promptior ad cauſas cælo terrisq; latentes.

MARIADOS

ceperunt festum apparitionis christi ad magos celebrare, quem ritum et obsequat ecclesiam, non quod eadem die christus a magis adoratus fuerit, sed quod innotuerit fidelibus mundi servatorem gentibus apparuisse.

Mater Virgo totum quod prescripta de filio suo traditum fuerat cognovit, quia ante de se ipsa nihil legebat, ideo quod futurum de se foret minime noverat, unde de christo nihil novi penitus a Simeone accepit quod plenus et clarius ipso quod de eo futurum erat presciuit, ab ipso autem tunc personaliter christum in eius passione et morte comitaturam per revelationem illi desuper factam intellexit.

Mater Virgo sublatum sibi per triduum christo ob sui ineffabilem humilitatem cepit formidare de offensione aliqua per se in deum perpetrata, ob quam ab eius filio merito desertam fuisset, unde dolore vehementi correpta virgine eam timore peccati aggressa est festinater et diligenter ipsum querere, ut ad inventum in d. caret sibi quale fuisset delictum suum, quod clarius quod poterat intendebat ab

Ignorasse deam quem non pudet ore referre
Polluto, quæ plena lous fuit vnica magni
Muneribus, capere vt poterat, non corpore tantum
Emicuit sola ante alias, sed reddita mente
Spiritus par docta fuit, senioris ab ore
Vnde noui hoc tantum accepit sibi regia virgo
Luminibus visura foret quod corporis vdis
Tormentum nati insontis, læsumque decorem,
Interiore prius quæ sensu certa videndi
Reddita mater erat. sed si solantia nati
Accepisse deam minime quis dicta repugnans
Asserat, inuentus templo dum dixit eidem
Et comiti, nescitis adhuc quod adesse necesse est
Me patris in rebus. respondit talia matri
Seruator mæstoque seni, quasi dixerit, ambo
Vos quibus alta mei misteria noscere pron. ptum est
Queritis exanimis sic me formidine pleni
Quæ mea vos facies præfixum deserat ante
Tempus. et ancipites indigno crimine reddat,
Quæ male noscatis timor hic vos arguit index.
Insinuasse de quæ ferimus responsa pauenti
Hoc pia dilecti nati, demissit ocellos
Illa verecundos faciem suffusa rubore,

LIBER TERTIVS

eo quod penam mereretur
et gratia altissimi sibi
subtrahita rursus muniri, nec diceret vespera malos incursum in filium amissam nec ob deperditam presentiam ipsius dolentem, sed tamen ob timorem peccati tergebatur, unde cum ipsum in templo reperisset, et iam ca abiret eius palam si eret, cepit timorem peccati de inuere, at cum ipse disparatione abjoluita ad ipsam hilaris et minus a corde pro certo timore se nullam offensionem in ipsum incurrisse, et ad huc recentis doloris sui memor materna quadam familiaritate quæ antequam postea erga ipsum via sunt dicit, si non peccatum in te si li quare emittis nos ita acervo dolor dante ob timorem peccati quod timor cruciari, an ille materis sapientiam sub tanta illius humilitate sepe tanta excusans rudent, quod est mater quod me dubium de peccato quæreatis, an ne scitis quod oportet me deum in gentibus glorificare, et quod vos non potestis peccatis per gratiam dei vobis habere, quæ igitur si vos hęc scitis ostenditis ea nescire, dum ita abreformidatis, quod auditis uti Virgo et cognoscens se nimis habere ditioni dedisse erudit, et oculos deiecit nihil rudent, quod obrem verba filij nequaquam intellexisse apparuit.

Tantum humilis tantumque timens errare polorem
Tunc regina fuit, quod nulli credita quicquam
Scire erat, ast potius virtus ignauia multis
Tanta videbatur, celeberrima pagina sensum
Verborum vnde ipsam nati penetrasse profunda
Mente negat, referens id quod gens plurima falso
Credidit arbitrio, præ se ceu diua ferebat,
Sic etiam senior sacrate virginis ore
Dicitur esse pater christi, commune putabat
Iudicium veluti, raro soluisse videri
Ora prior virgo poterat, responsa petenti
Compellata dabat paucis mitissima verbis,
Sed si forte aliquem docuisset plurima fando
Monstrabat, digressa pio sermone per artes
Vt rudis auditor sensus ue poposcerat alti.
Illa super sortem humanam sortemque creatam
Incubuisse datis vigili se corde volutans
Non satis vna inquit fuero si pendere munus
Debuero tantum, nec si quid tota valerem
Sum mea, nam qui me perduxit ad esse creator
Ius habet ille mei, superest quod debitor vna
Maior in orbe Ioui, nec habes quod reddere possim
Plus alijs humilis videar, plus plena rubore

MARIADOS

Maius onusq; feram, par nostris nec labor absit
 Viribus, vt saltem superis sit grata voluntas,
 Actibus et recti populis exempla parentur.
 Ad cælos quâuis toties raperetur, alumni
 Cerneret et lumen toties, solamina mentis
 Vltima, corporeę vires frustrantia muse,
 Panderat illa tamen nulli taciturna, propinqui
 Ni salus exigeret dilecta silentia rumpi,
 Angelus vnde seni cū dixerat accipe Matrem
 Et natum, fugiensq; petas Aegiptia rura,
 Hoc prius audierat Virgo, nec pandere frustra
 Id voluit, monitu senioris iussa capefcens.
 Assidue se diua videns cumularier alto
 Ab Ioue muneribus, nimio correpta rubebat
 Ardore, ante alios cū se deprbenderet omnes
 Maiorem fieri, quorū rarissima virtus
 Fulgebat, toties sibi quos regina colendos
 Proposuit, secli famę decus vnde perosa
 Cælicolis habitos latuisse volebat honores,
 Intus odoratis thalamis noua carmina soluens
 Digna deo, laud:sq; nouas, numerosaq; vota.
 Ante humilis natum stabat pulcherrima virgo,
 Offitiosa parens oculos demissa modestos,

Fiebāt reuellationes
 Matri Virgini ob di
 dignitatē eius pro
 pter filium, seni vero
 ob decorē viri in cō
 paratione ad vxorē
 suā obseruandū.

LIBER TERTIVS

Et grauis, et pauide similis, super æthera summo
 Dum sese exiguam terris conferret alumno,
 Orando et meditans longum suspensa manebat.
 Et cū delitijs cæli fruereetur opimis
 Intercepta suo rumpebat gaudia cursu,
 Suspirans fontes homines secliq; querelas.
 Infaustis hylarem dea se mage præbuit horis,
 Auersam et faciem fortunę letior, acres
 Illius et furias in se, follemq; rotatum
 Vidit adhuc teneris vegetans animosa sub annis.
 Gausa est durum tempus succedere Virgo
 Quo bene perpendens animus pretiosa superni
 Dona Iouis, fufas aduerso flamine vires
 Exercere datas posset, gratasq; tonanti
 Exhibuisse vices magno, nusq; labantem
 Virtutem expertam varijs spectare periclis.
 Illa per Aegipti deserta silentia vastę
 Cum fugeret læta facie properasse sub æstu
 Fertur, harenosę dum nudo germine tractu
 Telluris superaret iter, latumq; per æquor
 Iret aquis vmbriq; vacans, et inhospita nocte
 Per loca cū puero molli decumberet, vdo
 Rore madens, nec aquas qbus arida guttura possent

Beata Virgo i spūs
 lib^o suis delitijs res
 memorabatur sapi^o
 humana miserie per
 quā et tunc orabat,
 cū rememorationē
 gaudiorū suorū inter
 ceptionē noiāmus, q̄
 tamen consolationē
 ipsius spūalē nequāq;
 impediēbat.

MAR IADOS

In septē annis Sol p̄fici
cit septē reuolutio-
nes ab occidente in
in orientē cōtra mo-
tū primi coeli, q̄ p̄fi-
cit singulā suā; re-
uolutiōnū in singu-
lis. 24. horis ab oriē-
te in occidentē, quo
motu se ūt omnes
alios caelos inferios
res deducit.

Perfundi liquidas spatiosus campus haberet.
Ignota gaudens lungam regione ferebat
Pauperiem, gentis sociæ moresq; ferinos,
Donec ab occasu cœlo lux concita quarto
Septenos gyros primū glomerasset in orbem,
Nuncius et patrias profugam reuocaret in oras.

DE HUMILITATE MATRIS

Virginis et ipsius Reuerentia ad

CHRISTVM.

Quid iuuat infano fessum indulgere labori,
Reginæ et fines immensos dotis obire
Metiriq; cauum pelagus, sed pace recepta
Cogimur ante illam grati noua pendere signa
Qualiacūq; animi dederat iam terga canopo
Ipsi is alma parens, propriasq; ingressa tenebat
Colle domos patrio, reduci gaudebat egenus
Quisq; dea, et tristes sedabat pectore curas.
Illa vbi cū nato sedit, nihil esse priora
Gesta sibi memorans summos flagrauit in ignes,
Atq; oblita sui raptam super æthera mentem
Semper agebat amans, perituræ et cōmoda vite

LIBER TERTIVS

Despiciens cunctos inopes ditabat, amictus
Contextosq; suis manibus tradebat, et agris
Præstitit officium mira pietate, labores
Digna deo nullos vitans, generosa nec vllum
Distulit obsequium (certum si ferre leuamen
Oppressis poterat) nec quāuis mitis alumnus
Iucundis ipsam verbis animaret, olympi
Atq; vijs secum traheret, formasq; supernas
Panderet, ausa fuit placidum taciturna rogare
Incomprhensa sibi, temere ne forte videri
Querere plura deo q̄ quæ monstrauerat illi
Possit, et immerito cumulo mage muneris addi
Optare, atq; humiles habitus euertere fixos.
Afforet et tandem cū finis legis ademptæ,
Principiūq; nouæ fieret violabilis æuo
Haud vllō, manibusq; pijs tribuisset habendas
Diua domos patrias, et lati iugera campi
Pauperibus, tectisq; alienis inde recepta
Iam foret, et sacris mulieribus addita pauper,
Atq; duodenis comitatum sæpe videret
Aede viris natum tunc qua peregrina manebat,
Non alibi visum veluti summissa colebat,
Nec latus admouit genitrix, humilis ue loquuta est

In lege veteri nihil
possidere reputaba-
tur potius indemeri-
tū apud deū q̄ aliter
in noua aut reputa-
tur i meritū magnū
q̄ id voluntarie fer-
tur, quia homo subs-
trahit sibi occasio-
nes fr̄dī rebus sen-
sibilibus quæ a deo
animū diuertunt, et

MARIADOS

preparat se ad fruē
dū gratijs et donis
poturibus dei qbus
lex noua tota refer-
ta est, et qbus antia
qua inanis inuenies-
batur et vacua

Ante illum quicquā (fuerat nisi forte rogata)
Attamen altus amor fixit quo saucia cordi
Sollicitas hominum curas, propriasq; fouebat
Impulit audentem vino dum sponsus egeret
Ut conuiuia rogans pia bis vrgeret alumnum
In faciem lymphas rubri vertisse lyei,
Hospitis atq; sui seruaret grata decorem.

DE COMPASSIONE VO-

luntaria Matris Virginis cū Christo

et qualiter ipsa mortem eius

diu optauerat.

QUæ vetus humanā tenuit vecordia gentē
Ut si forte aliquis meditari nititur agni
Exitū insontis, iaculisq; insigere mentem
Internis, causamq; necis deflere perempti
Excutere argenti nequeat de pectore saxum,
Et capiti plenis dare flumina concita riuis,
Fæmineos questus ni matris suscitet, illa
Indignos, reddatq; deam ceu mente labantem,
Ad nixam et regnum solui prohibere baratri
Actibus insanis querula sub imagine fingat.

blasphemiā magnā
esse credimus id qd
ad cōpungendos ho-
mines de questu Ma-
tris Virginis ob xpi
passionē predicato
res fingunt.

LIBER TERTIVS

Diua vbi complendꝫ tempus properare salutis
Sensit, et horrendum sibi iam certamen amoris
Instare humani, grauioris et vltima pugne
Aggredienda animo forti superesse, parata
Iungere delectam comitem se mortis alumno
Deseruit litus patrium, præfaga futuri,
Obuius atq; neci qui iam præcesserat vltro
Magdalene et dignis socys comitata sequuta est,
Vtq; auida explendi fuerat discrimine tanto
Diua suos ausus extrema pericula tentans
Virtutis propriæ, candentiq; igne probatam
Munificū ante Iouem statuendi, serua talentū
Excultum domino referens, stetit anxia coram
Ut fuerat nato, dixitq; nouissima verba,
Nate crucem festinus adis, mortemq; nephandam
Poscis, et humani generis succensus amore
Te iacis in medias acies, atq; horrida bella
Certus agis victor, nec finis vertitur anceps,
Debita sed pugne te palma petita moratur,
Ast ego quæ fibris muliebribus improba condam
Verbera, maternis oculisq; recentia cernam
Vulnera nate tibi manantia sanguine fusos
Da modo sufficiam tecum perferre malorū

H

MARIADOS

Tot seriem, atq; animo fieri comes hostia tecum
 Digna Ioui, et diræ tandem superesse procelle,
 Mens audet, feruetq; animus, nec deficit in te
 Certa fides, operis proprij sed regula non sum
 Actibus vt nostris absit culpabilis error,
 Dixerat, at miti respon dit talia voce
 Christus, et humenti facie compescuit imbres,
 Alma parens humilis tua mens tuaq; inclyta virtus
 Sollicitam quãuis reddant, et viribus agris
 Dissam, et trepidam moueant, fuge tuta timorem
 Nam quodcũq; cupis dabitur, finemq; petatum
 Continges, omnisq; manet te gratia cœlo.
 Nunc ego tot pœnas orbis pro crimine pendam,
 Supplicium culpasq; hominũ mea fata reuellet,
 Digna deo atq; ardens pietas, animaq; resumment
 Corpora morte mea fosis exesa sepulchris,
 Aeternũq; homines nitidi super æthera viuent,
 Tu genitrix tu. sola meos sensura dolores
 Stabis, et innocuũ rigido penetrabere cultro
 Pectus, amans placitura deo sic, vna laborũ
 Fida comes, præstansq; animis electa meorũ,
 Hæc ait, et cara moriturus matre recessit.
 Diua domo residens abeuntis vultibus hæsit,

Mf virgo sciens solũ
 deũ nõ posse errare,
 q̃a ipse solus est sibi
 ipsi regula sui actus
 rogabat x̃m vt sibi
 daretur ne ipsa p̃sent
 tialiter passione illi
 horrendam visurã d
 recto nec in minimo
 qd aberraret, sed vt
 oia audacter aggre
 deretur, et prout ip̃s
 sã d̃cebat cõpleret.

Christus gloriosus p
 merita sua priorã
 pcti origĩalis culpã
 medio baptĩsmatis
 aboleuit, et p mortẽ
 et resurrectionẽ suã
 corpib⁹ ñris glorios
 sã resurrectionẽ me
 dio fidei sp̃ei et char
 ritatis opib⁹ bonis
 ex necessitate suble
 uentib⁹ adept⁹ e, et p
 alia merita singulo
 rũ suorũ actũ quorũ
 qlibet merit⁹ in finiti
 extitit añ iustitiã al
 tissimi dei actũ fidei
 sp̃ei et charitatis me
 dio, culpas ñr as quot
 tidianas infinitas de
 let, et plerũq; eĩ cũ
 sibi placet pœnas re
 mittit, qd s̃m plurimũ
 est, licet dici possit q
 pars qlibet mer. toñ
 x̃pi ad istos oēs esse
 ctus concurrerit ad
 quos et totũ pcurrit.

LIBER TERTIVS

Pars at meritõ x̃pi
 q̃ pro pctõ; cũ
 alijs meritis oib⁹ fini
 titis scõ; pro eis dẽ
 pœnis p̃ papã disp̃e
 sator finita e, quia d
 meritis x̃pi p̃s finita
 p̃ciditur cũ nullates
 nus sit icõnemẽs fini
 tũ ab infinito decidi,
 et i thesauro ecclesie
 cũ alijs scõ; meritis
 finitis repositur, vt d̃i
 missã nobis culpa d
 gloriosissimo deo q
 solus culpã relaxat,
 oia ista merita finita
 medio aliquo cõues
 niẽti op̃e; ñrorũ lau
 dabiliũ arbitrio pas
 pe nob̃ distribuatur
 vt eadẽ iustitiã diuis
 na pro pœnis quas
 nos ferrẽ deberem⁹
 offeram⁹, vñ p x̃m
 thesaurũ possidem⁹
 isinitũ p̃ quẽ tot des
 bita solvimus et cal
 pas quorũcũq; pctõ;
 ñrorũ abolem⁹, et vl
 teri⁹ aliũ finitũ hẽm⁹
 p̃ quẽ disponente de
 eo. p̃p pœnas pctõ;
 ñrorũ dimissã clpa ex
 piam⁹, licet eĩ paliũ
 primũ isinitũ hoc dã
 te d̃ o faciam⁹, et iste
 sc̃s tot⁹ e finit⁹ velu
 ti prim⁹ tot⁹ e finit⁹
 q̃a p̃ea cuiuslibet pcti d̃i
 missã culpa finita eẽ
 abet, et aggregatur
 iste p̃s prout iã pro
 pte d̃cũ e ex pte su
 mita vl ex p̃tib⁹ finit
 meritorũ x̃pi decis
 a suis totis isinitis, et
 ex meritis su peroga
 tis oĩum fidelũ iã vi
 uẽtũ q̃ def̃ctorũ d
 cuius thesauri finiti
 participatione si q̃s
 p papã cũ cã rona
 bili vel sine ea exclu
 ditur excõicãt⁹ d̃f.

Excivuit q; suas feruens in praelia vires,
 Iamq; vbi concepit pœne sub imagine dure
 Horrentem, et toto cõtractum corpore membra
 Sanguineo pressis venis sudore madentem
 Fœdari, lachrimis pia peçtorã lauit amaris,
 Ingemuitq; hominis primi miserata ruina.
 Et cũ militibus vincitum nouisset iniquis
 Fune vehi, extremis telorũ et calcibus actum
 Compelli, quãuis vadentes passibus illos
 Aequaret, tundi thalamis cũ sola maneret
 Visa sibi est toties, sensit cũ dextera serui
 Ferrea descendens faciem violauit alumni,
 Fleuit et illusum cũ rex eiecerat aula
 Coactina, veluti demens, procedere lena,
 Despecti et signum regni cũ villis harundo
 Illius imposta est dextre, magnãq; per vrbem
 Ignauæ plebi lusus traberetur ad arces
 Præsidis et rursus timidi, sed nuda retectum
 Tum magis ingemuit cũ sensit eburnea membra,
 Erubuitq; (absens quãuis) mixtusq; dolori
 Pectore virgineo pœnas pudor additus auxit.
 Spiritus at postq; fidus monstrauerat illi
 Restibus implicitum duris, nexumq; columne

MARIADOS

Verbera multiplici patientem sæua flagello,
 Vtq; loco recipi vacuo noua plaga nequiret,
 Palluit exanimis diuelli visa per omnes
 Corporis externas partes, mucronibus atq;
 Infigi crebris sensit sua tempora, cesum
 Nouerat impositam capiti cū ferre rigentem
 Illusum regnum referentia signa coronam,
 Osq; teres spinis penetrarier intus acutis,
 Illius et lunga vinciri lumina vita
 Fleuit, et immundo faciem sordescere sputo
 Conspersam, fieriq; deum ludibria vulgi
 Infamis. Sed vbi funesti temporis hora
 Affuerat, quo tunc christi spectacula præses
 Sanguinolenta dabat populo, maioribus ardens
 Accinxit sese factis, adopertaq; nigra
 Vestis decens thalamis mæstis egressa per urbem
 Ibat, vt optatas pœnas perferret, alumno
 Addita lecta comes, secumq; heroida flentem
 Magdalenem duxit, socias matrisq; sorores
 Defunctæ, veniensq; forum miserabile vidit
 Dedecus informis nati, qui proditus altis
 Porticibus fuerat, viso genitricis adhausit
 Intima dilanians gelidus præcordia mucro,

Mariae due, sorores
 mris Virgis afferte,
 fuerit sorores diuæ
 annæ matris eius, vt
 Augustinus in libro
 de cōcordātia euan
 gelistarū docet, cū. n.
 Iuannes dicit stabat
 Iesu mris iuxta crucē
 et soror mris eius, si
 per istā sororē signi

LIBER TERTIVS

ficasset sororem Ma
 tris Virginis non di
 xisset Matris, fuisse
 eisset enī dixisset eius,
 vnde cū dixerit Ma
 tris et insinuauit ipse
 sam fuisse sororē ma
 tris mris Annæ, que
 vnicā Matrē Virginis
 nē in aluo ipse senij
 sui cōceperat.

Similiter orabat xps
 in orto cū patrē ro
 garet vt ab eo tran
 saret calix suus ad sin
 gulos hoīes, ne passio
 nis sua, i alicui creat
 uræ humana dānū
 fieret, rogabat enim
 patrē vt si quo possi
 bile esset qd meritum
 suæ passionis et sui
 amoris vniuersaliter
 ad oēs nullo exce
 pto trāsiret, et qd ca
 lix ille horribilis nisi
 in generalē omnium
 hominū salutē m nes
 quisq; biberetur, res
 mittens tñ velle suū
 ad bibendum illum
 pro oib⁹ qbiscūq; et
 pro illis tantū qd us
 paratus erat a pfe,
 et prout voluntate
 eius decretū erat.

Territa nec visu tanto regina parentis
 Deliquium primi flebat, subtraxit amores
 Nec nobis afflictā suos, sed creuit in ignes
 Ipsius immensos pietas, et mente precari
 Cœperat illa magis totum seruaret vt orbem
 Pœna ingens et amor nati, fieriq; liceret
 Si modo qd christi nulli foret irrita clades
 Tanta homini, nullisq; malis subtracta, nec vnq;
 Maluerat sæuis tractari mitius illum
 Militibus vidisse, crucem cū ferret onustam.
 Spectabat fessum ligni sub pondere magno
 Nutantem, lapsūq; graui sub robore saxi
 Illidi, sensisse teri sibi mollia casu
 Illius ossa parens fertur, percussa dolore
 Mordaci nimium, quæ tunc vestigia gressu
 Figere vix lento poterat. super addita cordi
 Altera plaga recens venit, tenuissima nati
 Viribus effœtis dum vox conuersa caterug
 Fœminæ flenti miseris vlulatus inquit
 Non opus est mea fata queri, sed vestra necesse est
 Plangere Hierusalem natæ, nam grandius vrbi
 Inminet excidium vestræ, quia tempora cœlo
 Præcipitata refert nundum venisse salutis,

MARIADOS

Reppulit *et* numen nostrum, sic fatus ab imo
 Pectore suspirans gemuit, sed pallida virgo
 Corde suo longos frustratos luxit amores.
 Collis in ascensu natus præcesserat alti
 Inualidum quâuis, celerem manus impia secum
 Traxerat, illa gradu lento comitatur euntem
 Fessa nimis, sese tardam tepidamq; remordens,
 Cumq; loco propior venisset languida tristi
 Huc ubi damnatos infami crimine præses
 Tradebat diræ plectendos morte cohorti,
 Et manibus clauos adigi pedibusq; coactos
 Illius audiret, vatis non inscia prisca
 Qui tales cecinit casus, xepalluit ore
 Ceu moriens, atro *et* findi pia corda veneno
 Sensit, *et* in partes diuisum pectus abire
 Icta duas, animos sed paulum fixa resumens
 Acessit vicina Cruci, lacrimosaq; tollens
 Lumina suspexit nostræ perterrita fructus
 Nequitia, pedibusq; tremens erecta duobus
 Constitit ante oculos nati, pendebat *et* alto
 Illius ore dolens genitrix, nec vocibus vsa est
 Fœmineis, sed muta silens versabat ocellis
 Vda lacus geminos tumidis, quibus agit in imam

LIBER TERTIVS

Supplicium nati mentem, tot probra tot ictus
 Corde ferens, vidit despecto robore fixum
 Oppetere, *et* vitæ caruisse leu mine paruo
 Quo graue vicinumq; neci potuisset adherens
 Sustinuisse caput, cruciatus morte quierant
 Nec geniti, inferias longas tulit illa sepulchro,
 Pallida, hisimilis nec multū mater alumno.
 Marmoreū superasset opus candore reuulsum
 Verticibus parijs, quos suspicit ima profundi
 Aegi facies, repetitos atq; subintrans
 Vrbe lares dura tellure resedit, opaco
 Clausa loco, *et* socys sese solantibus arte
 Humana ingeminans suspiria tristia dixit
 Ista semel perferre parū est, generosa putabat
 Diua tulisse nihil, munus cū grata receptum
 Ab Ioue conferret, nam si quis laudibus æquis
 Gestoz sericem celebrasset matris, alumni
 In nece tam sæua, demisso lumine sensim
 Ibat ad arcanos thalamos sublata loquenti
 Parua, quibus maiora deo debebat *et* orbi,
 Addidit at flendum est multos miserabile fatum
 Expertes agitans meritoz numinis agni,
 Qui phlegetonteis plangent sua crimina ripis

Desideriū pro qb
 hūanitas xpi i orto
 patrē rogās minime
 obtinuit, vt pro illis
 amarissimū calicem
 frustra non biberet,
 pro multis enī calice
 ille icassim bibit^o et

MARIADOS

Aeternum *et* resonis sub opaca nocte quarentur
 Vocibus, alma parens ita dum loqueretur obibat
 Mente locos memori fremdēs ubi turba proteruis
 Actibus infecit nati decus, *et* mala quæq;
 Visa minus sibi passa, graui renouata dolore
 Versabat toties repetens, animoq; repostam
 Spem veram certamq; fidem seruabat ab ima
 Sede resurgentem sola inconcussa videndi.

DE NECESSITATE PRÆ-

sentiæ Matris Virginis, ad surgentem
 ecclesiam post Christi resurre-
 ctionem *et* ipsius Ascen-
 sionem.

Incōprhensa homini Regina nouissima facta
 Expediā breuibus numeris tua, Rector olympi
 Extulit illa nimis sensu distantia nostro.
 Magna dei atq; hominis nati tu testis habenda
 Surrexisse dabas verissima signa sepulchro
 Viuentem, atq; bylari facie satis vna probabas
 Iam tibi perpetuo fore reddita nomina matris.
 Infidos Regina tui præsentiæ vultus

Subita mutatio sapiē-
 tissime Matris virgi-
 nis ab ultimo moro
 re ad ineffabile gau-
 dium, à tanta corpo-
 ris resolutione ad spe-

LIBER TERTIVS

Hoffissimam habitu-
 nem certissimum testi-
 moniū de vera chris-
 ti resurrectione asse-
 rebat.

Credeere cogebat varios, sapientia necnon
 Ore sonans claro, quā tu facunda docebas.
 Phantasma *et* christi ficti sine corpore formam
 Quid nisi difficiles homines vidisse putabant,
 Ni tua visceribus pietas ardentibus illos
 Aegisset validis rationibus acta fateri
 Vera dei nullis mentiri illusibus vnq;
 Lucida sed postq; conscendit sydera christus
 Præstiteris quid diua orbi quæq; abdita pandens
 Indoctis, quibus orta foret mens recta sequendi
 Virtutem, certaq; via contingere cælos,
 Haud mihi concessum est mortali carmine fari.
 Tu verita instabiles animos errare virorum
 Rectoris superum dono firmasse labantes
 Diceris, *et* mentem sanctam solidasse per æuum
 Aetbera dum votis onerabas, impia seclī
 Facta gemens, missisq; viris comes omnibus vna
 Mente vagans aderas totum distracta per orbem,
 Et formidatos versans ante ora tyrannos,
 Terribilesq; viæ incursum per deuia lungæ
 Orabas, fixos vultus sub pectore condens
 Illorum, *et* varijs ereptos saepe periculis
 Seruabas, qui dulce iugum subiere recentes

MARIADOS

Homo in statu inecē
tia ultra dāū rōnis
et intellectiua pars
tis sup sensiliū per
quod sine di' ficultate
et repugnātia aliqua
bonū operabatur et
oīa extrinsec^o occur
rentia quæ ipsi nocu
mētū inferre potuis
sent vitabat, nullos et
defectus in virtutib^o
corporalib^o patiebas
tur, vñ per cordis et
cerebri dispositionē
exq̄stā in operatiōni
bus sensū tā interio
rū q̄ exteriorū vigorē
p̄cipuū obtinebat,
et corporis mira agi
litate pollebat, et per
iecoris et aliorū mē
broꝝ naturalū sumā
distribōnē totū cibū de
vita mensura sumptū
in corporis substantiā
co. vertebat, adeo vi
nullū superfluitas ex
illo su' p̄ssēt, quæ mā
nifesto et visibili et
palpabili, precipue
egr. sū excepta aliz
q̄ si doris mā excer
nēda h' ret, et si q̄ di
ceret q̄ ex hoc sequi
tur intest. na i primis
hoībus oci. Na fuisse,
rūdēmus q̄ i testina
nō tm deseruū. virtu
ti expulsivæ in hoīe
sed et digestivæ quæ si
v t stomachus, vñ sa
erat vt i primis homi
nib^o virtuti digestivæ
tm deseruēt, quæ in

Longinquis venere viri regionibus, vt te
Audirent, spectemq; tuam tellure viderent
Diua senescentem nundum, cœlestia pinxit
Agmina qui cartis calamo dionysius alto,
Ille referre potest de te quæ grandia vidit
Frustra homini narranda, tuo qui lumine pauper
Exulat, expletis potarunt faucibus ore
Sacra tuo puris manantia flumina lymphis
Tot celebres dea magna viri, docuere per orbem
Qui populos, nec maius erat deitatis alumni
Diua tui signum, q̄ te vidisse sub annis
Longævis viridem, pulchraq; in imagine formæ
Conspiciam, et tanta sub maestate decoram,
Facundam, doctamq; nimis, super omnia vitam
Dys similem magnis morituræ carnis agentem
Tegmine, dilexit quantum te rector olympi
Viderunt homines, rapti qui partibus orbis
Omnibus et rapido vecti super aera cursu
Extemplo thalamis sacris moritura iacebas
Constiterant vbi lassa thoris, sator ille deorum
Immemor haud mortem tuleras q̄sponte cruentam,
Crudelem et tantum nati, sensuq; profundo
Illius abdideras fatum, solatia mortis

LIBER TERTIVS

ipsis tūc maxie vige
bat, vltimus et hō in
eodē innocentia statu
nunq̄ senescebat p̄
esum ligni vitæ q̄ eū
invidiori eate ppe
tuabat, vñ b̄ta Virgo
p̄p̄ sanctificatiōe ei la
tā in Miris vtero con
tra pctm origiale et
effectū carentia iusti
tig origialis oib^o istis
privilegijs gaudebat,
licet ad tm nō puen
ret i ea dicta sanctifica
tio vt ipsam a morte
liberaret, eo q̄ ipsa
etiā per cōcubiū ex
massa carnis humanæ
culpa originali cor
ruptæ et mortalis red
ditæ more nro cōces
pta fuerat, et sine du
bio nisi su puenisset ei
sanctificatio et sumitis
pcti originalis alliga
tio inclinatiōib^o malis
et sensū irrōnabili
bus insultib^o nequaq̄
caruisset, vñ et ipsa à
xpo redēpta fuit, ves
luti et ceteri h' res q̄
per cōcubiū propas
gatur, p̄ quā sanctifica
tiōe quā ita vis cor
porea a se ipsi subie
ciebatur addita subli
mi eius cōplexiōe de
qua iā dixim^o, Mater
virgo iuuetem suā
ad ānos q̄bus oēs de
crepiti efficiūtur pro
trahēbat, vñ et i tpe
quo mortua est iuue
nis videbatur, senuis
fēt tū si ad ānos plu
rimos peruenisset, q̄
lign vitæ esu minime
vtebatur.

Grandia felicitis cœlitibi contulit ora
Et terra, pelagiq; vadis, hinc læta phalanges
Cœlicolum et natum miro fulgore nitentem,
Mulcentemq; tuos animos, facilesq; recessus
Cernebas, hinc grata cohors igniq; probata
Et ferro, ante oculos stabat fidissima, numen
Orabatq; tuum mundi pro pace, sereno
Quam melius residens poteras demittere cœlo.
Nec lachrimis maduere genæ cum verba loquuta es
Vltima, quisq; fide solidus gaudebat olympum
Scandere te titulum regni sine fine tenentem
Elisy, et nati nitido cum corpore dextram.

LIBRI MARIADOS FINIS.

Impressus Venetijs in Bernardini
de vitalibus Veneti officina
Anno Salutis 1539
Die Octob. 12